

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-216832403-14/fragment/page=0001

V. 240.

Mitis

2 partes in 1 vol.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-216832403-14/fragment/page=0002

THOMAE MITIS LYMVSAEI

CATECHESIS BIBLICAE LIBRI VII. ET TOTIDEM APPENDICES MONODIARVM Bohemicolatinarum.

II. FARRAGO SACRR: METRORVM.

Vnà cum Præfatione Magnifici Rectoris Academiæ Pragensis, M. PETRI CODICILLI à Tulechouua, &c.

Cum tabella in genera Metrorum, quæ hoc opere continentur.

Ad Lectorem, aut Cantorem Auctor.

VLteriora meæ dum consecro tempora vitæ
CHRISTO, & Christicolis BIBLICA METRA
Vt sacram mecum Triadem Monademq; celebrent, (dico:
Ac celebrando piè tempus in omne sonent,
Quo crucifixus Amor noster veneretur amatus,
Et crucifigi hoc det semper in orbe sibi,
Nosq; suo & Patris Flatu regat: armet in hostem
Dæmona, Mundum, Orcum, Carnis & illecebras,
Illis quò erepti, post tristia fata, fruamur
Cum CHRISTO æterna cœlituum requie,
Insertiq; polo cives, pangamus in ævum
AEternam Triadem, tum Monadem, Axe super.

PRAGAE, EXCVDEBAT GEORGIVS Nigrinus.

An: sal: M. D. LXXXVII.

VIva Dei digito signata in corde Poësis
Ista Catechismi verba libellus habet.
Scriptura succus latet hîc, mel dulce medulla:
Plus ea sex Mundis gemmula mille valet.
Huîc invisa suam submiscet aranea telam,
Sed fuge: Si sapiunt Biblia parva, sapis.

Antonius Probus.

HAEc parva parvis apta: non parvis tamen
Etiam esse possunt usui.
Plus sacra habet sententia una ponderis,
Quàm mille commentarij.

Adamus Siberus.

A solo sapiente Deo sapientia vera,
Atq; salutaris, non aliunde, venit.
Stultitia est stulti insipiens sapientia Mundi:
Fallitur & fallit, qui sapit absq; Deo.
Hac neglecta igitur, cupida illaummente sequamur,
Nam satis, in Christo qui sapit, ille sapit:
Nec tamen iccirco linguas spernamus & artes,
Munera quas magni sat patet esse Dei:
Quîs sine nec Christi florere Ecclesia, nec pax
Hic hominesinter certa vigere queat.
Verùm illis semper sic invigilemus ubiq;,
Sit tamen ut verâ nil pietate prius.

Nathan Chytræus.

Vnæ sacræ re litteræ Quicquid probant, id optimè
Quicquid docet est Veritas: Quod improbant, est irritum.
Quicquid iubet, Benignitas: Quod pollicentur denique,
Quicquid volunt, Clemētia est. Ipsissima est felicitas.

Idem.

GRANARIO POSTERITATIS

PRO MESSE CHRISTIANA IN ECCLESIIS, POLITIIS, AC OECONOMIIS PER Metropoles Provinciarum CORONAE Regni Boh: incorporatarum, &c.

Hoc sacri argumenti opus dedicatur à THOMA MITE Lymusæo, hac Præfatione.

Posteritas, si quæ mansura diutiùs extes,
Climactericum post huius annum sæculi,
De quo ego pœnè puer, senibusq; Mathematicusq;
Aures probatis commodans, sic audij,
Quòd sit ei magnas mutatio maxima turbas
Datura, vel allatura finem incendio,
(Et meritò: quoniam scelerum crescente maniplo,
Privata crescunt damna, crescunt publica)
Sume Catecheſis Biblicæ *hoc opus, &, tibi*
Gratâ dicatum mente, munus utile. (*grata*
Vtilius quid enim Verbi semente sacrati
Sacrâ, instruendis hac, & illo mentibus?
Quid monitiùs maius? quid spiritualibus armis
In spiritus nequam ieris, consultius?
Non Satanas cessat, scis ipsa, intentus in omnem
Occasionem, qua genus nostrum opprimat,

Et gladio Verbi spoliet rea pectora, quæ vi
Tentationis, aut dolo eius, corruant,
Nonq3 armaturam flatus sui abinde capessant
Adversus ipsum, complices vel ipsius,
Per quos impetitur divulsa Ecclesia sectis,
Concussavé pseudapostolorum dogmatis,
Hæresibusq3 gemit quassata nocentibus extra,
Et cordis intra scrinium, fibras, sinus.
Vnde Catechesis senibus, pueriq3 tenenda
Vtroq3 sexu, & ruminanda est sedulò
E Bibliis siquidem Sacris primordia ducens,
Compendia eorum quinq3 profert partibus:
Declogo, & Articulis Fidei, Septemq3;
Quæ Christ9 ipse Christiãis tradidit (petitis,
Traditaq3 his etiam sua Sacramenta reliquit:
Ecclesia formas addidit laudum & precum,
Quas tam mane novo, mediâ quàm luce dierum,
Aut vespere ipso personarent singuli
E Mystis, Clero, Schola & OEconomisq3
Et Curiâ, Ierarchiam per triplicem.
Illa, voces meritò Microbiblia, de quibus ortũ
Ducit Pietas, & Christianorum Fides,
Ipsaq3 Relligio, divini conscia cultus,
His quinq3 Catechismi fluendo ductibus.
Qui retrahant rivos in pectora fida fluentes,
Ductosvé Sacri motibus Spiraminis,

E quibus

E quibus it fidæ divina repastio mentì,
Et potio siti fugandæ pectoris,
Arripiturq3 pedum Pastoribus, atq3 canum vì
Latratus, à caulis repellendi lupos,
Sufficiturq3 apibus parvum ad præsepe tuendum,
Fucos & abarcendi hinc, tenax aculeus.
Hoc, illudq3 Satan grassantis more leonis,
Noctes, diesq3 prædo trux obambulat,
Si quoscunq3 queat comprêndere vi, vel in astu,
Discerpere unguibus, vorare dentibus.
Ergo resistendum est Fidei huîc virtute per horas,
Quam Sacrosancti Scita præbent Codicis.
Non etenim stertit dæmon teterrimus hostis
Cum Carne, cũ Mundo, assectis horum insuper:
Vt genus humanum perdant, spolientvé perenni
Salute: partâ Christi Iësu *munere.*
Decipuli ut pro discipulis sint ipsius, isti,
Quos Antichristiana fæx captos habet.
Sacri Armaturâ verbi ne quando tegantur
Adversus hostem, ac complicum hostis agmina.
Vnde Catechesin Biblicã *sciat omnis ubiq3.*
Qui Christiano gloriatur nomine,
Nec solùm dici, sed re ipsa esse laborat,
Cognomini ut suo probè respondeat,
Et vitare dolos, & vim superare nocivam
Rectè queat tot hostium, tot pestium.

Decalogus est siquidem repetita professio Legis
Naturæ: & inexhaustus Sophiæ fons Dei,
Ductor & ad Christum, qui solus Iustificator,
Nosq; inter ac Deum sequester unicus,
Legis & impletor nobis perfectus habetur,
Perpesq; regnator statutus à Deo,
Iustificatq; reos, prodestq; quoq; sontibus insons
Palmamq; communes in hostes fert Pijs,
Quos flatu sacro moderatos, solvit ab omni
Peccamine, à Legis iugo, execramine.
Symbolū Apostolicū, Fideivé professio pandit,
Plasten, Redemtorem, Sacratorem, Deum.
Qui Trinus vivit personis, Vnus in Esse
Passim cluit per sæculorum sæcula.
Nempe Parens, opifex Mundi, quem sic adamavit,
Ei ut daret ultrò filium sibi unicum,
Omnis quò credens in eum, traduceret ævum
Hôc transiturum: perpes in cœlestibus.
Vera fides ubicunq; viget, non torpet inani
Hac otio reses, sed est frugis bonæ:
Est benefactorum prægnans, pietatis in Iam
Et proximos: prælarga in omnes est opis.
Hinc per eam semper Dilectio res operatur
Gratas Deo, tum profuturas fratribus,
Quos ligat unanimis consensus dogmatis almi,
Et Christianitatis unio rei:

Quos

Quos tegit umbo Spei, venturorumq́ bonorum
Possessio certissima & fruitio:
Cuius adest testis verax in corde fideli,
Sive arrhabo, trahens in hoc suspiria,
Et sub inenarrabilibus votis, gemituq́
Desiderij sonantis: Abba Abba, ô pater,
Corpore, fac, cupiam solvi hoc, & vivere tecum,
Fruiq́ Redemtoris mei conspectibus.
Interea lectos ex nobis dirige cœtus
Verbi sono tui, sacroq́ Flamine.
Iam prece septenâ, Christi alma Oratio, servis
Vtriq́ bono tam mentium, quàm corporum,
Impetrat hæc eadem summis, mediis, minimisq́
In Spirituali, Seculariq́ ordine.
Quid Sacramento Baptismi augustius? aut quid
Cœna Domini est, erit vè competentius?
Tingi illo mandat Triados per nomina Sancta
Dicata sibi Deo, non dæmoni, agmina:
Postulat hac autem pasci ipsus carne suâq́
Suoq́ cruore, mortis in pignus suæ.
Ex operum Tabula, triplicivè Hierarchiâ ubivis
Firmantur omnes functione in propria,
Vt Spartam nacti, pietate, & moribus illam
Ornent, suâ solo mina non abditâ.
Hæc aliâs meliùs tamen, aut septem hisce libellis
Biblicæ Catecheseis *reductæ primùm*

Fabricio Andreæ: ast eius mihi fila secuto,
Auctæ Metris, Odis, Monodiâ & sacra.
Privatim ac publicè Templisvé, Scholisvé, domivé,
Vt concinantur in Dei *laudem unius:*
Cui vos & vestros commendo, meq3 meumq3
Opus hoc dicatum utrisq3, nuncupo,
Spem deveniens in eam, fore quia posteritati
Gratum fuerit tibi valde, ratum insuper:
Materiâ inprimis sacrâ, varijsq3 politâ
Vtcunq3 metris, pro Iehovæ *laudibus,*
Cui quoq3 in ætherea recinemus iugiter aulâ
Odarum, ad hæc Monodiarum carmina
Vocibus unisonis variumvé per organon artis
Aut harmonicis, Amen Amen, *concentibus,*
Dum priùs hîc grates laudum resonabimus aptas
Cordi pio, ori grato & accepto Iovæ.

Pragâ Veteri dab. Festo solenni Præsentationis CHRISTI in Tẽplum Ierosolymę: is nos, nostrosq; universos, pręsertim domesticos Fidei, fraterrimos fratres cõmuni parenti animâ & corpore, sistat inter choros Angelorum ac in perenni gloriâ. An: sal: M. D. LXXXVII.

LECTORI

LECTORI STVDIOSO sacræ Scripturæ, S. P. D

EPIPHONEMA Psalmi CXI. dulcissimũ admonet, qualem oporteat esse lectorem, auditorẽ, & studiosum divini verbi, cum inquit: Initium sapientiæ timor Domini. Nam docet manifestè divinum verbum non esse efficax, neq; agere radices & facere fructus in improbis, contemtoribus Dei, epicuræis & crudelibus hypocritis. Sed illos maximè idoneos esse ad discendum, amplectendũ, & observandum sermonem divinum, in quibus sunt initia timoris Dei. Quemadmodum enim finis rerum agendarum non est positus in sola contemplatione, notitia, & cognitione, sicut in Ethicis dicitur, sed multò magis in actione: Ita regnum Dei non consistit in sermone & multiplici elocutione, sed in virtute. Et, quod plerique imaginantur, se iustos esse coram Deo ipsa professione, vehementer errant, & contraria sentiunt verbo Dei. Venustè apud Plautum dicitur: odi argutum civem, sine virtute, tanquam præficam: Ita Deus aversatur omnes, qui ore quidem profitentur doctrinam Evangelij, & fidem multipliciter iactant verbis, factis verò negant. Etenim non satis

est nosse doctrinam de Deo, & eam intelligere, sed opera danda est, ut fide in Deum, præditi simus, & eã obedientia Deo debita ornemus, doctrinæq; præcepta transferamus ad usum, nisi fortassis alio quodã modo efficiamur religiosi, reconciliati Deo, & accepti ad æternam beatitudinem? Ideò ille auditor & cultor sermonis divini tantùm est cordi Deo, qui tremit, reveretur, & observat ipsius verbum. Eum Deus respicit solum, desiderat, & sibi applicat. Alios simulatores, qui aliud ore, aliud corde & factis gerunt, trisi sermone à se repudiat, Matt. 7. cap. Quòd si nuda præcepta de pietate in Deum haberent eam vim, ut sola probos, iustos, & gratos Deo facere possent, plurimis profecto, & maximis meritò præmijs ornanda essent, secundum Theognidem, ac omni studio quàm vigilantissimè atq; avidissimè paranda. Iam verò res ipsa ostendit, ea valere ad ingenuos adolescentes, auditoresq; sermonis Dei aũ fidem in Christum cohortandos atq; incitandos: & ad actiones pias faciendas, moresq; fidei veræ congruos præstandos: Id quod fit in illis, qui amore Dei ac pietate in Deum filiali possunt cohiberi: plærosq; verò, etiamsi fidem præ se ferant, ad probitatem tamen excitari non posse. Non enim filiali timore moti, Deum diligere satagunt, neq; pudore moventur: sed metu cogendi sunt, servorũ more. Neq; à pra-

vis factis

vis factis & criminibus abstinent, propter ipsam turpitudinem & fœditatem offensæ Dei, sed formidine pœnæ. Etenim, cum affectibus, secuti cupiditates vitiosas, obtemperant, earumq; instrumenta & fomenta inquirunt, fugiunt contrarios dolores, neq; resistunt vitiosis motibus lucta spirituali. Præditi autem pietate in Deum, & verè credentes, cum Deo placere studeant, nequidem notitiam improbarum voluptatum habent, cum nullam illarum partem degustare velint, sed affectibus illicitis atq; cupiditatibus resistunt, & cum eis luctantur. Istos igitur voluptuarios, quæ oratio aut doctrina ad moderationem & obedientiã flectere possit? Qui enim affectibus, ceu ventis agitantur, non obediet orationi dehortanti, ac nequidem eam intelliget. Ac difficile est, & penè impossibile mores vetustate confirmatos oratione mutare. Imò affectus non videntur prorsus cedere orationi, sed vi ad ipsos reprimendos opus est. Verùm, qui in promptu habent disciplinam spiritualem, quâ probi efficiantur, præclarè cum eis agitur. Amplectuntur siquidem eam fidem, & fidei obedientiam, quam Deus amplectitur & approbat, neq; affectuum sunt servi, sed domini. Necesse est itaq; animos atq; voluntates connitentium ad veram Dei sapientiam cognoscendam, ad discendam & profitendam sic conformari atq; instrui, ut timore Dei potius fi-

ciali quàm servili sint præditi, amentq3 honestatem fidei consonam, & aversentur turpitudinem. Illud si ab ineunte fit ætate apud eos, ubi legibus pijs sancita est puerilis educatio & vitæ institutio, faciliùs in eiusmodi exercitijs detinentur, virilem quoq3 consecuti ætatem. Nam consuetudine firmata, sunt faciliora, & non solent esse molesta. Sciendum est verò timoris vocabulo non significari ociosas animi cogitationes, neq3 fictam vultu torvitatem, aut simulatas cum luctu lacrumas, sed acres in corde motus, & affectus ex mala conscientia, qui revera in corde percipiuntur, dum illud, vel fugit dolorem destruentem vitã: vel desiderat lætitiã atq3 conservationem vitæ. Est enim natura cor humanum ita conditum divinitùs, ut, vel dolore compressum emoriatur: vel lætitia dilatatum vivat, & natura rationalis ut videat & sentiat intra se iudicium Dei, quòd servet obedientes, & destruat contumaces, duosq3 illos affectus diversos velit esse executores illius divini iudicij. Aliàs Timor significat universalem obedientiam Decalogi, & verum atq3 non simulatum Dei cultum. Ideò quemadmodum in civili disciplina cohortamur ad virtutem probos, & incitamus proposita honestatis pulchritudine, tanquam sponte obtemperaturos: contumaces verò ac monstrosos omni genere pœnarum coërcemus, deniq3 insanabiles Patria

triâ exterminamus: ita videmus, auditores divini verbi: alios quidem obtemperantes sermoni, & recipientes promissionem de Christo fiduciâ, qui agnoscunt paternam Dei erga credentes in Filium dilectionem, in eâq; acquiescunt tanquam filij dilecti propter dilectum: alios verò languidè obtemperantes verbo, & tardius fiduciâ Christi eluctantes à sensu iræ Dei & pœnarum in peccata, tanquam iumenta quædam & servos dolore puniri, & propterea Deum aversari. Inde discimus alium esse timorem Dei servilem, alium verò filialem, atq; hunc ab illo discernimus. Timor servilis est expavescere sensu iræ Dei & pœnarũ adversus peccata, sine fide, & in hoc horrendo dolore fugere Deum, sicut facit Saul, Iudas, & similes. Timor filialis in hominibus in hac vita est timor coniunctus cum fide: id est, in vero dolore erigi agnitione misericordiæ propter Christum promissæ, & vera invocatione Deum accedere, quod cùm fit, subijcit se cor Deo vera reverentia, & non vult eum offendere. De hoc timore dicitur: Beati, qui timent Dominum. Psal: 128. Item, Eccles: ult: Deum time, & mandata eius serva. Si itaq;, quemadmodum dictum est, eum, qui applicuit animum ad sapientiam divini verbi discendam, primò, præclarè educari atq; adsuefieri oportet: deinde, eum vitæ cursum in timore Dei tenere, ut nec sua

sponte, neq; invitus peccet, & mala perpetret; hæc ita fieri poterunt, cum consulta & acta totius vitæ ac officij ad iudicium mentis, & normam decalogi, cuius maxima vis est, & ad rectum ordinem rationis singula dirigantur. Mens etenim hominis, cui regnũ totius animi à natura tributum est, duas habet potentias principales consultationem & actionum effectrices, videlicet intellectum & voluntatem. Intellectui quidem inest τὸ ἡγεμονικὸν, & ratio tãquam rex consultissimus, quæ semper desiderat atq; expetit meliora, teste Philosopho in Ethicis. Ea recto iudicio discernens recta & prava, gubernat voluntatem. Habet etiam sibi inditas notitias de discrimine honestorum & turpium, & circumfert semina magnarum artium, quibus vita regitur, numeros, discursum, experientiam, & iudicium de consequentia. Sed voluntas tanquam regina, quæ & libera est, & habet electionem seu προαίρεσιν, potest sponte velle ac nolle honesta vel inhonesta præcedente liberatione. Ac interdum obtemperat rationi, eligitq; liberè congruentia ei, interdum verò impedita & raptata affectuum contumaciâ, discedit à iudicio rectæ rationis, & vult contraria notitijs, virtuti & divino verbo. Habet & illa geminum ius regendi inferiores potentias, alterum politicũ, alterum herile. Nam politico reprimit, ac avertit motiones turbulentas affectuum monstrato meliore obiecto,

obiecto, aut cogitato verbo Dei, aut incusso timore pœnarum. Sed herili iure domat, & cohibet externos gestus sensuum, in scholis vocant locomotivam. Adiuvant verò has effectrices potentias hæc tria: doctrina, naturalis impetus, & disciplina. De doctrina Fabius inquit: Virtus à natura sumit initium, sed doctrina perficitur. Et Seneca: studia liberalia dare virtutem non possunt, sed animum ad eam arripiendam præparare. Sed de inclinatione & disciplina Galenus recitat dictum Aristotelis: Ille quæsitus, quomodò evaserit iustus, respondit: Plurimum quidem valet natura, sed ego studiosè adiuvi naturam. Cum autem de renatis loquimur, qui gubernantur verbo Dei & Spiritu sancto, plures causæ adiuvantes meritò concurrunt. Mens cogitat mandata Dei & promissiones. Et voluntas adiuta, atq; cor accensum à Spiritu sancto, repugnat vitijs, sensusq; refrænat, sicut paulò post dicetur. Hi fontes actionum de iudicio mentis, & libertate voluntatis admonent nos de considerandâ imagine Dei in homine. Nam ante lapsum primi parentis, fulsit in intellectu firma, eaq; illustris notitia, ac voluntas & cor congruebant cum Deo, id est, habebat rectitudinem & iustitiam convenientem legi Dei, libertas quoq; voluntatis non fuit impedita. Post lapsum autem, quàm tristis caligo mentì obfusa est, & in voluntate atq; corde facta

est hor-

est horribilis aversio: tamen manet adhuc in mente quædam notitia legis, & in voluntate, licet hæreat deploranda contumacia: tamen libertas quædam est residua. Ideò potest homo, etiam non renatus, regere locomotivam, et imperare externis membris actiones legi Dei convenientes, & non convenientes, atq; varias utriusq; generis. Et quanquam non potest tollere ex mente dubitationes & ex corde vitiosas inclinationes, sine luce Evangelij, & sine Spiritu sancto: tamen cum trahitur à Spiritu sancto, potest obsequi & repugnare. Atq; hoc pacto cùm regimen mentis, tum libertas voluntatis obsequentis post illam tristem & calamitosam depravationem in nobis Dei benignitate & misericordia restituitur, & imbecillitas nostra adiuvatur, cùm nostra corda renata reguntur à Spiritu sancto, sicut dictum est: Qui Spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij Dei. Nam in quolibet homine renato fit restauratio & accessio libertatis, cieturq; in illo facultas, qua homo renatus gubernanti Spiritui sancto potest obtemperare, &, non solùm regere locomotivam, sed etiam in corde motus Deo placentes, verbo Dei & Spiritu sancto accendente, retinere, ac resistere vitiosis motibus: & potest sua sponte, sine coactione discedere à Deo, & velle contraria verbo Dei, sicut Saul, David, sua sponte & sine ulla coactione ruunt. Porrò subiectum,

tum, in quo fiunt eiusmodi actiones, præsertim cō-
venientes, & voluntas, cum qua cor aliquomodo
congruere oportet & debet. Sicut enim sensus in-
terni & externi serviunt intellectui, tanquam mi-
nistri cognitionum & testes experientiæ: ita in vo-
luntate sunt duæ facultates copulatæ, appetitiva
in corde, & locomotiva in membris, quarum illa
prudenti cōsilio, hæc verò coactione regitur. Quòd-
si de forma actionum illarum quærimus, ipsa actio
est forma, videlicet, eiusmodi motus voluntatis &
cordis obtemperans recto iudicio, aut verbo Dei
& Spiritui sancto, vincens affectiones malas & re-
primens difformes gestus sensuum. Proderit igitur
singulis timore Dei præditis, has causas consulta-
tionum & actionum animo & memoria assiduè re-
tinere, ut exercitia fidei, novæ obedientiæ & vir-
tutis addiscamus. Mens attentè consideret manda-
ta Decalogi & documenta Evangelij, atq; ad illa
normam iudicij dirigat, ac fide petat auxilium à fi-
lio Dei mediatore, qui voce Evangelij consolatur,
vivificat, & sanctificat credentes, facitq; eos tem-
pla Dei, dato Spiritu sancto, accendente in eis mo-
tus sibi similes. Ita mens erecta fide, & voluntas
atq; cor auxilio ac impulsu Spiritus sancti resistent
vitijs & criminibus, & coërcebunt externa mem-
bra, flectentq; ad obedientiam. Alioqui impossibile
est, aut certè difficilè, potentias, quas dixi, vitiosis
motibus

motibus depravatas, reddi idoneas ad timorem & cultum Dei, nisi divinitùs adiuvemur. Sed præclarè nobiscum agitur, si participes reddamur fiduciæ, probitatis, sanctæ conversationis & dilectionis Dei, quamvis omnia in promptu sint, quibus fideles, probi, & Deo acceptabiles effici videamur. Nam superinduemur si tamen nudi non reperiemur, id est, fulgebit in nobis sapientia, iustitia, & renovatio imaginis Dei, si eam in hac mortali vita inchoaverimus. Fieri autem verè pios, probos, fidos, & cultores Dei, religiosos, putant, partim natura divinitùs renovata, partim adsuefactione Spiritus sancti, ductoris & doctoris, partim verò doctrina sermonisq; divini efficatia. Hæc siquidem tria in singulis credentibus & conversis tanquam propria & προσκεκτημενα inesse solent & debent. Quod igitur ad naturam divinitus renovatam attinet, manifestum est, eam non esse in nostra potestate, sed concessu ac munere Dei agentibus pœnitentiam & amplectentibus firma fiducia in mediatorem, dari. Colligit enim Deus sibi in genere humano Ecclesiam per prædicationem Verbi, & vult ei assentiri & credi: trahit ad se auditores & amatores sui verbi, sed volentes trahit, sibiq; renovat ac regenerat per idem verbum & Spiritum sanctum. Alioquî, nisi quis fuerit renatus ex aqua & Spiritu, non poterit videre regnum Dei, quia

Deus

Deus non aliter est efficax in hominibus, quàm per ministerium verbi & sacramentorum, dans credentibus renatisq3 ex aqua, Spiritum sanctum & vitam æternam. Ioan: 3. Cives verò Ecclesiæ & credentes Evangelio necesse est denuò nasci, & renovari spiritu mentis (Roman: 12) Ea renovatio requirit, ut deponamus ex animo, ethnicam confusionem opinionum de Deo, cultuum, & morum, & habeamus aliam de Deo notitiam, illi naturali, quam Philosophia tradit, ex verbo divino adiunctam, videlicet, ut firma assensione fidei amplectamur universam de Deo, illiusq3 voluntate, doctrinam, sicut se in Evangelio patefecit. Mens sit vivificata spiritu in conversione, regatq3 iudicium & suos actus verbo, retinens initia lucis, iustitiæ & vitæ æternæ. Voluntas verò fiat sancta ac verè dicata Deo, nec solum virtutes Ethicas & Ethnicas proferat, sed habeat quoq3 in corde affectus & motus congruentes Deo, verum timorem Dei, fiduciam, lætitiam in Deo acquiescentem, dilectionem, spem & patientiam, atq3 reliquas virtutes, ut Deo reddatur honos, &, ut ipse celebretur.

Hoc itaq3 pacto congruet obedientia interior & exterior cum sermone Dei. Sed adsuefactio Spiritus sancti & gubernatio exercet disciplinam & experientiam spiritualem. Nam filius Dei

λόγ&,

λόγος, Dominus & Servator noster in vera conversione, qua peccato territi, fide accedimus ad Deum, eumq; invocamus, ita agit nobiscum & in nobis, ut luce illius transformati, radijs in nos dato Spiritu sancto transfusis, habeamus restitutã imaginem Dei, sentiamusq; novos motus, ac fiamus conformes filio Dei, non substantia, sed qualitate, id est notitijs in mente, & affectionibus in voluntate & corde. Cum enim amplectimur fide verbum vocale & promissionem gratiæ, verè filius Dei dicit consolationem in corde: salus tua ego sum: item: confide fili, remittuntur tibi peccata tua: atq; hoc pacto ostendit patrem, & simul perfundit cor Spiritu sancto, qui amorem & lætitiam illic ciet, acquiescentem in Deo, & accendit tales motus, qualis est ipse Spiritus sanctus. Quemadmodum enim virtus sumit initium à natura, & perficitur doctrina, teste Fabio, sicut dictum est: ita pietas sumit initium à lectione, & auscultatione sermonis Dei, & postea perficitur experientia & disciplina spirituali, in pavoribus interioribus, & pugnis externis atq; consolationibus. 1. Corinth: 2. Ac nos intuentes lucem hanc Dei à filio monstratam, transformamur ad imaginem filij Dei eodem spiritu, quoad notitias & inclinationes cordis. Et crescit in nobis atq; subindè augetur hæc lux, sicut ab aurora initio sensim diurna lux multiplicatur,

catur, usq; ad meridiem. Idcircò Spiritui sancto tribuuntur hæ appellationes, 2. Tim: 1. Primò, quod sit Spiritus roboris, quia confirmat nos contra sensuales dubitationes, quæ fidem assultibus diaboli oppugnant & languefaciunt. Imò quod animat nos contra metum crudelitatis tyrannicæ, & trepidationem mortis in gravibus periculis. Ille Stephanum & Laurentium adiuvat, ut fortiter perferant atrocissima supplicia, & vincant violentiam truculentorum hominum. Deinde nominatur Spiritus dilectionis, quoniam est flamma ardentis amoris, inter æternum patrem & filium, & autor dilectionis inter Deum & Ecclesiam, & inter nos mutuò. Vt autem Pindarus refert: Argonautarum voluntates fuisse opera Iunonis adamantino clavo convinctas: Ita nos verè possumus & debemus asseverare: Spiritum sanctum esse adamantinum clavum copulantem perpetuo, ac indissolubili nexu Ecclesiam cum Deo, & membra Ecclesiæ inter sese mutuò, & cũ Capite Christo. Tertiò nominatur Spiritus castificationis & modestiæ. Nam diabolus est impurus spiritus & superbus, excitans spurcos ad spurcas libidinum confusiones, et factiosos ad fastum, ad rixas, ad bella. Sed Spiritus sanctus habitans in renatis multorum pectora flectit ad castitatem, humilitatem, tolerantiam, & modestiam manentem intra metas vocationis, & patienter condonantem iniu-

vias,

vias, propter communem tranquillitatem. Atq; talibus exercitijs nos revelata facie gloriam Domini intuentes, transformamur in eandem imaginem, (2. Cor 3.) hoc est, cum fide consideramus fulgorem Domini, videlicet, ipsum Iesum ostendentem nobis misericordem Deum Patrem, credentibus placatum & clementem, non fugimus eum, sicut Cain: sed accedimus ad eum agnita illius erga nos bonitate, qua nos recipit in gratiam, & salvare vult propter filium. Hac filij luce, nos quoq; transformamur radijs ex eain nos sparsis, infuso Spiritu sancto, qui accendit in nobis notitiam Dei, novos motus sibi conformes, & lætitiam in Deo acquiescentem. Et sicut militia vitæ pœnitentium semper versatur in lucta & cum quo certet, mens pia semper habet: ita disciplina spirituali assidue dum in hac sumus vita mortali curriculum suum reiterat. Sed oratio atq; efficatia sermonis, quam adiungi oportet naturæ regeneratæ & spirituali disciplinæ, excitat cogitationem ac impellit ad assensum, & amplexionem promissionis de gratuita remissione peccatorum, cietq; in voluntate & corde fiduciam acquiescentem in oblato bono, per promissionem divinam. Et quanquam neq; oratio, neq; doctrina, in omnium animis, relinquant aculeos, quoniam plures sunt improvidi, quàm avidi auditores: tamen præparat animum atq; instruit, ad apprehensionem

oblata

oblatæ lætitiæ, ac reconciliationis cum Deo, & ad deploranda vitia, & ad resistendum pravis affectibus. Sic enim constituti, & tanquam terra semen receptura præparati, intelligunt, acceptantq; sermonem, ac oratione ad credendum flectuntur. Imò inclinati & proni ad lætitiam animi atq; cordis, ex promissione divina conceptam sua sponte ac divini spiritus auxilio in corda effusi, reprimunt illecebras appetitionum vitiosarum, & turbulentos affectus. Nam ad eos domandos, non solùm persuasione recti iudicij, sed vi atq; coactione quadam opus est. Necessariò itaq; ipsam conversionem, fidem & pietatem in Deum religiosam præcedit auscultatio sermonis Dei, auscultationem prædicatio, prædicationem verò emissio atq; extrusio ministrorum verbi ad docendum, Rom: 8. Hoc pacto educati in timore Dei, atq; præditi tribus his, ut dicitur, proprietatibus veræ religionis ac fidei adiumentis, redduntur discipuli capaces Sapientiæ Christianæ, eamq; facilius atq; citius addiscunt, constantius atq; fidelius in omni Vita profitentur, novaq; obedientia ut fieri debet, exornant.

Est autem Sapientia Christiana vera, recta atq; incorrupta agnitio essentiæ æterni Dei patris, qui filium λόγον, Imaginem suam, ab æterno genuit: & filij eius coæterni Domini nostri Iesu Christi: & Spiritus sancti procedentis ab æterno patre

& filio

& filio, eiusq; homousij, sicut patefacta est divinitus certo verbo & testimonijs divinis: agnitio quoq; illius voluntatis de salvando genere humano. Hanc sapientiam Deus immensa bonitate & misericordia patefecit per filium, prodiens ex arcana sede sua, & luce ignota omnibus creaturis. Etenim familiariter alloquens homines voce sua, promulgavit legem, & addidit promissionem Evangelij de mediatore, additis non fallentibus testimonijs suæ doctrinæ, resuscitationem mortuorum, conservationem sui cœtus & alijs, ut hoc modo testaretur, se omninò adfici cura nostræ salutis, ac ut communicaret nobis suam sapientiam, & bonitatem, & traderet Ecclesiæ suæ certam normam recti iudicij, cultuum atq; morum. Nos verò ad eam discendam atq; sciendam, si non volumus æterna beatitudine frustrari, impellere debent hæ sequentes causæ. Prima sumitur à consilio Dei, quo creare voluit genus humanum ad imaginem suam. Est enim homo conditus, ideo, non, sicut cæteræ creaturæ dicendo, sed manu Plasmatoris Dei, ut in eo luceat recta Dei notitia: & Deus ut ei communicaret suam sapientiam, bonitatem, & compleret eum sua luce. Secunda extat in asseveratione Domini & Salvatoris Iesu Christi, pro Ecclesia orantis, Ioan: 17. Hæc est vita æterna, ut agnoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum, esse Christum.

Christum. *Tertia causa est, ut effugiamus horrendam ingratitudinem, & pœnas æternas. Quid enim maiore odio, et atrociore ultione prosequendũ, quàm facinus atq; blasphemia illorum, qui* Deũ *tanta bonitate nobis se patefacientem per Filium, repudiant, mendacem faciunt, neq; audire volunt. Quarta, quia mentes, quæ non reguntur vera* Dei *agnitione, immerguntur à Diabolo in cœcitatem spiritualẽ, in horribiles atq; perplexas confusiones opinionum, cultuum & morum, sicut Apostolus explicat prolixiùs ad* Rom:ca *1. Ideò præclare dicit Lactantius de ira* Dei cap: 1. *Lumen mentis humanæ* Deus *est, quem, qui cognôrit, & in pectus admiserit, illuminato corde mysteriũ veritatis agnoscet. Remoto autem* Deo, *cœlestiq; doctrina, omnia erroribus plena sunt. Oportet autem discerni cognitionem ac notitiam* Dei *Evangelicam, de qua verba facimus, à Philosophica. Nam Philosophica, partim nobiscum nascitur, partim ab opificio mundi, & particula legis desumitur, quæ fatetur, & esse* Deum, *& esse opificem naturæ, qui normã vitæ animis nostris inseruit infusa luce, de discrimine honestorũ & turpiũ, & iuxta illud exigit à nobis obedientiam. Sed hæc notitia non facit, neq; gignit membra Ecclesiæ* Dei, *quemadmodũ nonnulli perperam instituti opinantur. Verùm notitia, voce & luce Evangelij accensa, est illa sapientia, non rationis*

nota, sed revelata divinitùs, quæ agnoscit, cũ essentiam Dei, tribus personis distinctam, tum voluntatem de gratia & remissione peccatorum gratuita, donanda credentibus gratis propter mediatorem. De tãtis rebus erudit iuniores Biblica hæc Catechesis, eximia pietate, magno studio, vigilatoq; labore elucubrata, à venerando viro excellentiq; Poëta nostrate, Magistro Thoma Mite Lymusæo. Enarrat siquidem præcipuos locos religionis Christianæ fideiq; Catholicæ, Apostolicæ ac Orthodoxæ. In eo exercitio secutus videtur exempla doctissimorũ virorum laudatæ memoriæ suorum præceptorũ, Matthæi Collini Choterinæi, & Venceslai Arpini, & Sebastiani AErichalci, quorum uterq; studia Poëtices & linguæ Græcæ à Leucorheis in Patriam Boëmiã, adeoq; in inclytam Vrbem Pragensem, opera & favore amplissimi Senatus deduxit, exercuit, professus est, & propagare Dei beneficio inter hæc eripia Academiæ permultos annos studuit. Vt itaq; in epitaphio Epicharmi quidam dicit: χρήσιμα παῦσι ἔπη: μεγάλη αὐτῶ χαρις: ita nos, qui præsumus scholis, & elegantioribus ingenijs, per doctrinã atq; disciplinam honestam dominari videmur, Operis huius autori post Deum, habemus gratias, utq; beneficio illius supervivat, residuumq; sacri argumenti Metrorum édat in Christi honorem, ipsiusq; Ecclesiæ incrementum, precamur. Et quia immista

immista sunt carmina diversorum generum metri, magnum operæprecium afferet lectio aut cantio illorum studiosis adolescentibus. Etenim non solùm promptiùs mandabunt memoriæ gnomas & sententias confirmantes articulos fidei, sicut fit in recitatione versuum: sed poterunt hinc petere exempla præceptorum Prosodiæ, & modos scribendorum carminum.

Quare, hortor iuniores, ut firmo amplexu fidei, capita doctrinæ ex sacris desumpta Biblijs, imò totã doctrinam divinitùs Ecclesiæ traditam, atq; in hac promissionem reconciliationis, quam appræhendentes accipimus remissionem peccatorum. fiducia filij Dei, accedimus ad Deum atq; ipsum invocamus, amplectantur, exerceant, Deumq; qui prior dilexit nos, ament, ac illi cor subijciant cum lætitia fide excitata, appræhendente misericordiam Dei propter filium. Nam amor nos Deo iungit, ipsiq; similes, teste Nazianzeno, efficit. Feliciter vale. Datæ è Collegio Angelico 7. Iunij Anno salutis reparatæ, 1578. quo die ante annos 57. placidè ex hac vita ad cœlicam migravit, lue pestilenti extinctus, M. Laurentius Trabonensis, Professor tum, & Rector Academiæ Pragensis, & Administrator Consistorij sub utraq; ut vocant, communicantium.

Petrus Codicillus.

IN AVCTOREM

IOANNES RVCARDVS MED: DOCTOR.

IN tenui labor est tibi, Mitis, at utile pangis,
Posteritas tandem quod celebrabit, opus.
Hinc vel enim discet, si discere quandò iuvabit,
Servierint patres qua pietate Deo,
Ni maiora super genti monumenta Bohemæ,
Ceu sunt, aut fuerint obruta Barbarie,
Semper in hoc aliqui regno pietate celebres
Extiterunt, curæ queîs fuit una fides,
Illa fides, recto quæ tramite ducit ad astra,
Quæ stat Apostolicâ non violanda Petrâ.
Hi, si non alia ratione, vel arte, professa
Condiderunt numeris relligionis opus.
Illud erat, Pietas quod, LYMVSAEE, vetusta
Te voluit doctis hisce sonare libris.

CATECHESEOS BIBLICAE Cl. V. Dn. THOMAE MITIS Lymusęi Boiemorum Poëtæ, Commendatio.

INventionum cœca recentium
Vexat Poëtas gloria cæteros:
Hinc fabulosos usq; manes
Ductat hic exagitans ab Orco.

Sylvae

Sylvas loquentes fert alius palàm:
Lectis dearum fit locus in salo:
Spectantis admirationem
Captet ut artifici Minerva.
Mitem *Poëtam Relligio sibi*
Confictionum nescia vendicat:
Hinc eruditæ dia pubi
Dogmata fert, pariterq; adultis.
Vt veritatis, sic pietatis est
Oratio simplex: an inanibus
Ambagibus gauderet autor,
Mystica debilibus revelans?
Ceu vox ab imi quam nemoris sinu,
Aut è cava convalle reciprocat
Aër ad intendentis aures,
Nec numerumvè sonumvè luxat:
Almæ salutis relligio parens
Ex ore divino sata verba sic
Casto vehit clangore porrò:
Non breve jota loco revellens.
Haud in volucris grandiloquentia
Linguæ, nec in splendente sorinsecus
Gestu, vel observatione
Stat pietas operosa legum.
Cultrix amici gratia numinis
Clausi latebra pectoris insidet,

Et spiritu luctante sursum
Ore, quod intus agit, recantat.
I buccinator Mitis, *& oppido*
Gaude, strepentis neu pigeat lyræ:
Non mysticorum sanctitati
Præripiet manus ulla palmam.
Merces solutis digna laboribus
Christum professos, symbolaq; enthea,
Semper viret: præsentis usu
Lucis alare, seu futuræ.
Eia iuventus, huc, precor, applica
Aures amicas, te docilem seni
Præbe recantanti, seniles
Quem iuvenem coluere turmæ.
Mater salutis, vitaq; perpes hæc,
Cœlo nec ullus trames iter parat:
Quàm cœlicum rectè parentem
Nosse, Dei sobolemq; Christum.

Mich: Abelus Fr.

LECTORI CHRIstiano.

QVi velit æternæ metam contingere vitæ,
Scrutetur sacros sedulus ille libros.
Hic & cura vigil, labor & deposcitur ingens,
Quam perferre ætas non satis una valet.

Ceu

Ceu nihili istius iam tandem tempora secli
Permittunt isthoc munere posse frui.
Sit licet illa brevis, quæ per compendia sedes
Ducit in optatas, semita grata venit:
Sic sacra scrutati, perhibent, ex fontibus ipsis
Posse via rivos non leviore trahi.
Quale Lymusæo prodit nunc Vate, politis
Hoc opus acceptâ cum brevitate, typis.
Id lege, nam Biblicis vernant hic singula gnomis:
Ducit in æternas sed via curta domos.

Bartholom: Havvelichius
Rochetzanus.

AD EVNDEM, ODE IAMBICOTRIM: cum dim:

COrdis fibra sub quo æstuant incendio,
Hoc lingua flagrat & stilus.
Manus agrestis Esavi licet sient,
At voce Iäcob proditur.
Hinc & Thomas Mitis, *Poëta Patrius,*
Amore flagrans Christi Iæ,
Sacrata cudit & recudit carmina
Pro pube, clero, tum scholis.
Evolve, dictis si fidem haud habes meis,
Metra illius, noscesq; satis,
Dicesq; longum vivat auctor, & sacras
Edat reliquas Farragines

In Christiani rem & decus peculŷ,
Ecclesiævé Christidos.
Florente quâ, florebit & Respublica,
Rerumq; aliarum copia
Nunc hîc, & illic in polorum patriâ
Per seculorum sæcula.

M. Ioan: Kerneri.

CASPAR CROPATIVS P. L. THOMAE MITI Lym:

CLarissimus vir, Poëta & Medicus excellentissimus, D. Iohannes Posthius, Ducis Franciæ orientalis archiater, cum nudius tertius hâc cum Principe suo transÿsset, convenit me in ædibus meis, significavitq; mihi, te à se quæsitum Pragæ non inuentum fuisse, quòd molestè ferret admodum, occasionem contrahendi tecum coràm amicitiam adeò præter spem sibi præreptam fuisse: Iussit tamen ut te nomine suo per literas salutarem, quod nunc facio, teq; salvere hisce iubeo. Vir ut multum est eruditus, ita longè humanissimus, cuius ego doctissimis colloquÿs mirum in modum sum recreatus, item de Schedio meo edoctus, eum in Italia nũc Iurisprudentiæ operam dare, cùm iam pridem LL. licentiam accepisset Longum foret commemorare, quanta cum suavitate mutua hîc coierit inter nos & confirmata sit familiaritas: Dies confabulationibus

tionibus lepidissimis vix sufficere videbatur, unde vicem tuam doleo, qui felicitatem eam, absentia tua, neglexeris, &c.

Idem eidem.

Receperam in me nuper, Mitis optime, si fortè quid literarum à Melisso huc perveniret, quæ vel tibi inscriptæ essent, vel aliquo modo ad te spectare viderentur, redditurum me quàm primum te certiorem, quod nunc præsentibus hisce facio: Nam id ipsum fieri Melissus ipse maximoperè cupit, mihiq; curandum iniunxit, addito tibi munusculo chartaceo, quo Threnodiæ tuæ reddit talionem. Proinde de sententia Melissi, describendum tibi transmitto hendecasyllabum eiusdem ad me: in quo tui potissimum, Dominiq; Codicilli fit mentio. Posteaquam transumtum habueris, χειρόγραφον mihi remitte, &c.

Iacobus Monavv Thomæ Miti Lymusæo.

Clarissime vir, Domine & amice plurimùm obs: Valdè nunc etiam doleo, cum cogito te Pragæ nō fuisse, cum ante Pascha istius anni eò profectus essem ad salutandum fratrem meum charissimum & amicos illius loci alios. Libentissimè te vidissem: & nihil mihi fuisset gratius, quàm vivas inter nos audire & reddere voces. Studuissem etiã

tibi

tibi ostendere animi mei gratitudinem pro non paucis tuæ erga me ignotum amicissimæ voluntatis significationibus. Sed fortassis quod eo tempore neglectum fuit, dabit Deus ut alio farciatur. Nunc pagellas Nathanis Chytræi viri longè omnium optimi & integerrimi, meiq; fidelissimi & sincerissimi amici, tibi mitto, quas ille studio meo voluit ad te curari, veluti gratitudinis ergò pro ijs muneribus, quibus abs te nuper adeò se dicit affectum. Si quid ei rescribere voles: fac fratri meo tradas, & per illum ad me deferri cures, faciam ut Nathan rectè accipiat. Vale mi humanissime & optime Mitis, meq;, ut facis, ama tui certe & amantem & perquàm studiosum. Si quid habes novarum abs te vel amicis in isto regno, pagellarum, quæso communica, &c. Vratisla:

Ioan: Frederus Thomę Miti S. P. D.

Fortè tibi cur non citius mea litera detur,
Mitis, Pieridum gloria, scire cupis:
Ni tam rara foret mittendi copia, certè
Copia scribendi non ita rara foret.
Hæc mihi communis licet excusatio tecum
Una sit, & veri conscia, nota tibi:
Inquiro tamen, & quando datur ulla facultas
Mittendi, mitto, quæ tibi grata scio.
Hoc quoties nequeo præstare, precantibus ipsum
Præsto sonis, præsto carmine, præsto fide.

Præstat

Præstat idem verè sincerus amicus amico,
Pro cuius facio vota salute, Socer:
Quem gravis è lecto patitur vix repere morbus,
Spero, iuvante, tamen commodiora, Deo.
Tu coniunge preces precibus, quas fundo fideli
Pectore pro Socero, quem voco iure patrem.
Vt vivas, valeasq3, mihi ne scribere cessa,
Ipse quidem valeo, vivoq3; Vive, Vale.

Idem eidem.

REddita sancta quidē tua mi dulcissime Mitis
Carmina venerunt, quæ placuēre mihi.
Nulla notata tua sed venit epistola dextra,
Officij moles quod facit ampla tui.
Attamen optatam scribenti scribe salutem,
Redde vices, felix vive, diuq3 vale.

Eidem Chunradus Publianus à Specksvvinckel

AGetur iam annus, quod Praga, Arctoas perlustraturus plagas, à te discesserim. Iis in locis plures conveni bonos viros, & doctos, quibuscum sacra familiaritatis iura contraxi. Inter hos tres præcipuè, tui nominis, tui honoris, doctiss: Mitis, observantissimos salutavi, D. Docto: Davidem Chytræum, Dn. Ioannem Frederum, Chytræi generum, in Academia Rostochiensi, Dn. Iohannem Schoserum, AEmylianum, in Acad: Francofurtensi ad Oderam: quorum singuli cum perciperent me in itinere meo versus Italiam denuò jam instituto, per Moraviam iturum, ibiq; aliquot menses mansurum, amicissimè rogarunt ut literis meis quam plurimam tibi ipsorū nomine, salutem impertirem. Eam tibi tuus Publianus una cum suis, totiusq; animi sui cum oblatione, humanissimè defert, hisq; officijs debitis præstitisq; ad maiorem etiam sui amorem excitare desiderat, &c.

TABVLA Metrorum, in quibus, imitatione D. Ariæ, sæpius reperientur voces, 1. communi syllaba, IAS, IAE, IAM, IA, vel IAS, ab Ia, significãtes DEVM benigniter misericordem: Ad hæc pronomina EGO, TV, utrumq; suâ cum inflexione: verba insuper notantia unam de S. Trinitate personam, sive directo ad illã sermone, sive intelligentia. MONOCOLA, præsertim Iambicodim. tetrastr: 8, quomodo etiam Anacreontea 7. syll aut etiam ambicotrim. quibus constant in universum Theses, lemmata, nec minùs Hypotheses ex utrisq; , recipiendo Anapæstum regionibus 1. 2. 5. Idem erit iudicium & notamen de Hendecasyll. item Trochaicodim: & trimetr. tam acatal quàm hypercat: dipodiâ mensurandis.

Monodiarũ, *in Appendicib. libb. 3. 4. 5. 6. 7. cui tripartitæ insũt p̃fixis generib. Metr: ideoq; iuxta eadem metiendarũ, servata est Metri, & rythmi absq; Synalephæ, & maximè Ecthlipsis usurpatione, ratio, quoad fieri eius potuit, idq; ex Iambicodim: aut trim. trochaicis vé simplicibus, aut etiã compositis unà cum Anacreonteis. Trochaicotrim: hypercat: extant fol: 42. 47. 51. 56. 67. 273 Choriambicodistr: 35. 112 Eadem tristr: fol. 22. 39. Dicola distr: Elegiaca, fol: 43. 219. Hexametra cũ Iãbicodim: & dactylica pentem: fol: 42. 157. 208. Idẽ cũ Iãbicotrim: ❧ 1. col. 3. fol: 23. 37. Hexam: cũ pentemimeri dactyl: fol: 209. Dactylico tetram: & 3. trochæis, cum Iambicotrochaici binis tæsuris fol: 27. 157. Phalæcium unà cum pentam: fol: 29. 112. Anapæsticotristr: fol: 55. Sapphicon cum Iambicodim: fol: 206. Sapphicoa domicon fol: 13. 96. 205. 208. Iãbicotrim: cũ pentã: fol 230. Trochaicodi: cũ trĩ: fol: 201. Iãbicotrĩ: cũ pẽtemĩ: & Iãbicotrĩ: 272.*

¶ 1. Col: 2. v. 2. Ille Cat: Ib: col: 5. v. 23 verùm 1e. Col: 8. fa: 2, v. 7. Spem bene fol: 194. Per septennia.

THO-

THOMAE MITIS LYM: ODARVM Catecheſis Biblicæ lib: I.

Biblia ſacra ſonant Legemq3 Evangeliumq3
Per nuncium Iræ & Gratiæ.
Hæc reſipiſcentes levat & beat: illa ſed arctat,
Impœnitentesq3 enecat.
Eſt Teſtamenti codex Vtriuſq3 refertus
Ita paginæ libris ſacræ,
Oceanum ut referat fluxu parilerq3 refluxu
In fontium & amnium caput:
Oceanum rectè Sacra Biblia dixeris eſſe,
Quorum perennes rivuli
Certa Catechiſmi capita & loca ſunt, quibus orta
Ducunt ſuo primordia
Chriſti adûm pietas cum relligione ſacrata,
DEIq3 veris cultibus,
Quem veneretur, amet, colat, & canat omnis ubiq3
AEtas, & ordo, & natio:
Plaſtem nempe, Redemtoremq3, Auramq3 ſacrantẽ
Toto orbe, greges fidelium.
Nomine ſub trino, regnum tenet unicus omne
Ab ævo in ævum, IEHOVA:

Cui sit in æternum Personis gloria trino,
Vniq3 perpeti Vsiâ,
Nempe Deo, Patri, Nato, Auræ: conditor unus
Redemtor, & Sacrans is est.

II. CONFESSIO PECCATORUM, iuxta seriem Decalogi. Exo: 20.

AD confitendum pro deamus crimina
Hîc Pœnitentiæ per apto tempore,
Quo Iova *adest eum invocantibus Fide,*
Et Christi Iësu *sacrosancto nomine.*
Nos ergo confessi ausa supplices fera,
Hæc desleamus, & petamus gratiam
Longè superantem nostra quævis crimina,
Et universa sontium piacula:
Peccavimus tibi, inquiamus, ô pater,
Ingrata proles: nos tibi peccavimus:
O parce, parce damna culpæ flentibus,
Et confitentibus: tuis à semitis
Exorbitatione, leges q3 in tuas
Prævaricatione iniquâ, proh dolor.
Me præter, *inquis*, non habebis Iehouã,
Creata nec coles creatoris loco.
Id nos & ausu prægravi contempsimus,
Transgressione q3 improbâ violavimus,

Nihil

Nihil timendo, nil amando te Deum,
In quo sumus, movemur, atq; vivimus
Homunciones omnium ingratissimi,
Et, terra quibus dehiscat hæc, dignissimi,
Ad seriam ni pœnitentiam statim,
Cêu naufragis ratem relictam, flectimur.
En amplius tonando Iova sic sonat:
Ne nomen in vanum tui sumas DEI.
Id haud professi nos nec invocavimus,
Honore debito nec usurpavimus:
Sed aut abusu pessimo ipsi læsimus,
Nostrisvé proximis abutendum malè
Obiecimus: ter pessimi mortalium
Ac perditissimi, adiuves ni nos tuâ
Benignitate maximâ, clemens Iova,
Qui talibus sonis ab alto detonans:
Memento festa Sabbati ut piè colas
Verbi, Sacramentorum & usu debito,
Et non abusu, cultuumq; Ecclesiæ,
Ministeriiq; sacrosancti ritiuum.
Nobis mage id despectui, & fastidio est,
Promotioui quàm fideli, deditis
Acediæ & securitati noxiæ.
Væ væ miserrimis erit, ni Gratia
Superans peccata, pœnitentibus
Nobis mali omnis, protinùs subvenerit

Tuo favore patrio, deliquimus
In quem rebellione, contumaciâ,
Desertione filiorum perfidâ.
Hæc in Tabulam Legis priorem admisimus,
Nunc ad secundam provehamur ordine,
Ad confitenda prodeuntes crimina.
Mandat DEVS remunerator optimus
Boni omnis, ultor at mali gravissimus:
In proximos rei, dolo, vi, scandalo,
Incommodemus ne quid ipsis amplius,
Cavere debemusq; & eniti probè,
Vt serviamus, obsequamur insuper
Maioribus, necnon propinquis omnibus,
Prout DEVS requirit hoc, ita inquiens:
Colas Parentes, ut superstes sis diu,
Hæresq; longævus super terræ globum,
Nihil tamen dileximus nos proximum,
Nil iuvimus dicto, vel actu congruo:
Nihil redamamus parentes liberi,
Ipsosq; honore prosequi nec gliscimus,
Nec antipelargiâ vicem illis reddimus.
Nostros Magistratus, Magistros deniq;,
Verbiq; Ministros sublevamus haud prece
Fusâ DEO, seû præstitâ quavis ope.
Is amplius, Haud occide quēquā, *præcipit:*
Nos cæde corporis manum haud si tingimus,

Nostris

Noſtris tamen domeſticis non proſumus,
Sed obſumus ſermone, facto, ſcommate,
Iniuriâ, faſtuq́, & aſtu peſſimo,
Aut peſſimæ contentionis fomite.
His adde: Non Mœchaberis, *tonat* DEVS.
Cuius reapſe ſi nihil patrauimus,
Sed cogitatu, & appetitu admiſimus:
Si continentiæ, pudoris inſuper
Non prorſùs obliti, malignè haud egimus,
Vagis ocellorum tamen reſpectibus
Praviſq́ cordis, ſenſuumq́, motibus
Deliquimus, per cuncta ſontes maximi.
Iam ſanctio divina: Non furaberis,
Quid non metûs nobis potenter incutit?
Quid non gravis furti aut rapinarum obÿcit?
Qui ſordidè, per fas, nefasq́, fecimus
Rem, lucra ſectantes avaris quæſtibus,
Ac expilationis uſurariæ
Abominandis partibusq́ & artibus.
At, Non loquêris falſa teſtimonia
In proximum tuũ, *id gravat nos plurimùm*
Quòd ipſius famam furenter læſimus,
A cæteriſq́ lædi eam paſſi ſumus:
Patrocinati nil, parumvé, inſontibus
Aſſenſione opinioni ſontium,
Mulctandi utriq́ legis huius regulâ:

Consentientes universi agentibus
Debent eidem subiacere calculo.
Statuta nunc duo audiamus ultima:
Non concupisces proximi domũ tui
Nec ipsius desiderabis coniugem,
Servũ, ministrã: non asellũ non bovẽ
Nõ quicqd is domi, forisvé possidet.
His omnibus contrarij, ac horum rei,
Haud concupivimus modò hæc carnaliter,
Sed spiritualiter quoq3: est enim Dei
Lex spiritualis, ac vetat tum corpore,
Tum mente fraterni boni appetentiam.
Cuius frequens apud Magistratum est sacrum
Impunitas, quòd haud in actum eruperit.
At velle pro facto Iehova *computat:*
Scrutator altus renum, itemq3 cordium.
Idem fibras præcordiorum cognitor
Vestigat intimas acutus admodùm,
Damnatq3 pollutas origimis lue.
Hinc Gentium sonans Apostolus refert:
Lex concupiscendi malum ni panderet,
Hoc esse peccatum in reo, non dicerem.
Sed Lege peccati reos quis solverit,
Quàm Christus? *Hic enim Legem pijs*
Implevit unus, & Dei *iram sustulit,*
Reconcilians illis eum lytro sui

Cruoris effusi per arduam crucẽ: hac enim
Est sospitator singulis credentium,
Agentiumq́ pœnitentiam mali,
Contritione cordis, & fiduciâ
In Messiam, novâq́ obedientiâ.

ALIA INDIDEM.

SOns ego noscens, fateor subinde,
Coram Deo *esse me reum,*
In Decem sacræq́ statuta Legis
Et sanctiones ipsius.
Non enim verè timeo Iehovam, I. Præc:
Non expaveſco iram ipsius
Pergravem culpis hominum malignis
Reatibusq́ maximis:
Vnde diffisus miserationis
Illius indulgentiæ,
In cruce, adversus Dominum *fremo; nec*
Præsto Patientiam in cruce.
Languidus, segnisq́ Deum parentem II.
In vota cultor advoco;
Gratiarum illi nec in actione
Confessionem profero.
Ipse Zelator negq́ Christianâ III.
Professione ferveo.
Dogmatis Christi *meditatione, aut*
*Dissem*inationibus.

Nominisq; IAE temerario usu,
Iuro subindè ac execror.
Percitus zelo minùs excitato
Ministerium Verbi haud iuvo.
Negligens persto vel in audiendo
Evangelij præconio,
Vel piâ eiusdem meditatione,
Vsu Sacramentorum item.

III. Non colo charos redamans parentes
Tam mentium, quàm corporum.
Moriger nil his, velut est necessum,
Vocationem negligo.

V. Polluo sævis odijs coristud
Vindictæ in appetentiâ,

VI. Insuper flammâ vitiosi amoris
Ac illiciti cupidinis.

VII. Expetens certis aliena damnis,

VIII. Mendacio, & Sophisticâ

IX. & X. Concupiscebam, malè feriatus
Ortu ipso & actu sensuum:
Massa totius vitiositatis,
Disturbivé affectuum,
Pravitas quorum vitio ruinam
Naturæ adurget totius:
Vnde sons iustam merui DEI iram
Mortisq; pœnas perpetis,

Nunc dolens, læsi placidum quòd IAM
Prævaricationibus,
Ad DEI *Natum, velut Advocatum*
Mihiq; asylum, provoco:
Pro meo factus siquidem reatu
Piacularis victima est.

IV. ALIA PSAL: XC.
ex B. Ariæ Paraph:

SCimus salutis anchoram
In te, DEVS, *nobis sitam*
Nostræq; vitæ totius
Fœlicitate, spem ratam:
Id quod priori sæculo
Isthocq; nostro est cognitum,
Quòd propria efficacitas,
Et fortitudo sit tibi,
Quâ præsidio tuis queas
Adesse servis providus
Adiutor, ac in omnibus
Vindex necessitatibus:
Contendis at nihilminùs
Miseris homuncionibus,
Quos tundis atq; conteris
Tuâ potente dexterâ,

Cùm vermibus sint compares,
Inanitasvé ipsissima:
Cùm non queant resistere
Vlla tibi re, ullo robore.
Vocas eos, ac pertrahis
Ad pœnitentiam mali,
Conversionemq́ ad boni
Fide, Spe, & obedientiâ:
Longum sed in tempus tuam
Severus iram prorogas:
Longum quidem mortalibus,
Tibi tamen brevissimum.
Est una apud te quod dies,
Illis ea anni mille sunt,
Iiq́ sortis asperæ,
Laboris, ac mortis citæ.
Gravantur in tantum malis
Adversitatum plurimis,
Vt sustinere non satis
Clades, & ærumnas queant,
Eos, Iehova, ni iuves,
Et in cruce omni subleves,
Maloq́ quovis liberos
Assertor, & custos bees.
Quod cote secto, gramini
Est Solis æstus, hoc tui

Est ira nasi incendio,
Caduci hominis dispendio,
Cui vita, vel longissima,
Non exit octogesimum
Aetatis annum labilis
Compluribus molestijs,
Quas cura, cogitatio,
Et mentium distractio,
Ac improbus labor parit,
Sudorq; & algor obterit:
Vt finiatur exitu
Aevi caduco marcidi:
Busti sequatur ut quies,
Morsq; ultima vitæ linea.
Ignosce fassis crimina:
Placare servis, Iehova,
Per Messian à te datum,
Ac Vtriusq; Spiritum.
Humana vita, mors, salus,
Beatitas, in unius
Dei *patris manu est sita,*
Fidelibusq; cognita.
Nemo satis novit, Deo
Quæ, qualis indignatio,
Et quanta sit ira in omnium
Culpas & ausa sontium.

Ergo numerum nos edoce,
IOVA, quo dierum tempore
Hæc finienda sit tua
Prægrandis iracundia,
Icti malis ne grandibus,
Simus subacti cladibus
Tot atq; tantis undiq;:
Ad te at revertamur piè.
Agenda agamus insuper,
Quæ vis, iubesq; desuper,
Reconciliemur, fac, tibi:
Homines DEO, *proles Patri.*
Istius ævi nec dies
Nos computare possumus,
Nec collocare quippiam
In proximi rem, seu tuam.
Quinimò nobis redditor
Pater, patronus, & dator
Tui favoris gratiæ
Insignis, & indulgentiæ.
Benignitatis nos tuæ
Exple refectos munere,
Tã mane novo, quàm vespere:
Citò, citiùs, citissimè.
Da perbreves istos dies (ce:
Degamus ultra haud sub cru-

Sed

Sed exigamus gaudio,
Et gaudij solatio.
Satis diu pressi sumus
Molestiæ laboribus:
Largire, tantundem quoq;
Hoc allevemur pondere:
Istic ut æternos dies
Lætemur, à te cœlites
Effecti, & adiuncti Angelis
In seculorum seculis.

V. EADEM BREVIOR.
Indidem.

NOstræ spei, nostræ salutis anchora
In te, DEVS, parente nobis est sita,
Felicitate magnâ vitæ totius,
Hîc si minùs, at celsis polorum in sedibus.
Tu suscitas sopore correptos gravi.
Vocasq; nos ad pœnitentiam mali,
Conversionemq; ad salutarem boni,
Ex corde trito, & fido, obedienteq;.
Longum nimis tempus tuam iracundiam
Vindex & ultor, ah, severus extrahis:
Longum quidem miserrimis mortalibus,
Tibi tamen DEO nimis brevissimum.
Dies apud te nam quod una est, nos apud

Hæc, mille sunt anni omnium longissimi,
Iiq́ sortis asperæ, ac mortis citæ
Post istius ævi, tum laboris exitum.
Hæc namq́ vita, quamlibet longissima,
AEtatis annum haud exit octogesimum,
Vltra quod it, totum senectus frigida
Dolore conficit; labore deterit.
Da, quicquid ævi restet huius lubrici,
Vt collocemus omne id usus in bonos,
Et collocemur incolatu ab hoc, duce
Et auspice Christo, *in Axe sedis Patriæ.*

VI. SVMMA LEGIS.

REgem omnium, patremq́, & altorem Deũ
Amandum & excolendum semper omnibus
Et universis orbe toto conditis,
Cultoribus ac utroq́ sexu, singulis,
Amabis & coles virili pro tuâ
Tam parte, quàm arte subditis affectibus,
In corde toto, mente tota, & omnium
Integritate competenti sensuum:
At proximum, te quomodo ipsum, diliges,
Ac promovebis in necessitatibus
Eiusdem, & expeditionibus.
Factum tibi quòd nolis, ei ne feceris.

Id vult Deus *remunerator maximus,*
Totius & naturæ id ordo postulat:
Id Lex, Prophetæq; universi flagitant:
Id continetur hoc statuto duplici
Dilectionis Ichovæ, *tum proximi.*

VII. EADEM. Psal: XV.

Regnator ô supreme, Magniq; ducit omnes
Mortalium quis ad te Pie Deum *timentes.*
Conscendet, aut quiete Iurârit ille quicquid,
Tuæ fruetur aulæ? Præstabit id, tametsi
Qui sorde pur⁹, insōs, Necessitate magnâ
Vitæ integer, piusq;, Præstare vix sinatur.
Amat timetq; Christū Non fœneratur idem:
Fidenter invocatum: Injusta lucra vitat:
Qui non hypocritarū Adversus innocentem
Studet sodalis esse: Non dona sontis ambit.
At iustus, & fidelis, Qui præstat hæc fideliu
Odit greges malignos: Deoq; *proximoq;,*
Qui recta corde ꝑmit, In Christianitate
Et ore promta sumit: Censetur esse civis.
Facto probat secutus, Hac, alterâq; vitâ
Nec ꝓximo est molestus: Beatus est, eritq;,
Qui despicit tyrānos, Nec excidet salute
Probās, colensq; sanctos, Nunc, & ꝑ omne sæclū.

VIII. FI-

VIII. FIDES CHRISTIANA.

Ex Symbolo Apostolico.

CRedim⁹ nos in Deū unū, q̄ parēs, et cōditor
Et gubernator supremus mundialis machinæ
In polo, solo, salo, altor cuncta solus sustinet.
Credimus q̄ in Christū Iēsū, q̄ Patris natus Dei
Est homo, Deusq̄; verus, noster est Imanuel,
Spiritu conceptus almo virginali in alvulo:
Innubâ qui matre natus, seû Mariâ Virgine
Semper, ante, postq̄ partū, prodÿt Mundo satus
Perdito Redemtor, & rex sospitatorq̄ unicus.
Pontio idem sub Pilato (tunc Hebræis præside)
Passus, in crucē quoq̄ actus, mortuis & additus:
Inferas domos subivit, liberaret ut suos.
Tertiâ die revixit suscitatus à nece,
Ac in orbe commoratus per quadraginta dies,
Astra conscendit triumpho victor augustissimo.
Dexteram Dei parentis præpotenter occupat:
Huc redibit inde Iudex singulis mortalium,
Sêu superstites, sepulchris exciti sêu corforent.
Credimusq̄ in Flamen almum Patris atq̄ Filÿ
A quibus procedit unâ mente, vi, basi, Deus
Et pio motu piorum cogitatu sensuum.
Credimus communionem nos habere cum grege
Universalis, per Orbē quadriformem, Ecclesiæ,
Ac fide unâ, lotionem, & pastionem mentium:

Insuper remissionem gratuitam criminum,
Denique excitationem corporis demortui,
Gaudiumque ævi perennis cælitum in consortio.

IX. SVMMA EVANGELII. Ioan: 3.

SIC Deus *mundum miseratus istum*
(Culpâque mersum, & perditum)
Arsit, insigni pietate motus,
Amoreque prosecutus est:
Vt, sibi charum, daret, unicumque,
Nostram in salutem, filium:
Qui Logos sumtam sine labe carnem,
A carne labem tergeret,
Mundi & immundi scelus expiaret
Piacularis victimâ,
Sontium & causâ caderet, sed insons,
Patriq; lytra solveret:
Omnis ut credens utriusq; sexûs,
In hunc redemtorem pium,
Ex fide salvus, minimè periret,
Sed vitam haberet perpetem.
Autor humanæ Deus *est salutis,*
Ad hæc dator largissimus
Pro suâ ingenti miseratione,
Clementiâque perpeti:

Illius

Illius verò sobolis coævæ
Spectatur hinc ingens amor,
Ipse quo victus, superas relinquens
Sedes, ad ima scanderat:
Corporis nostri Deus *induendo*
Artus, posset quibus pati,
Quosq; cœlesti Patriæ, sequester
AEternus ac rex inferat.
Dum Patris dextram teneat supremi
Immanuel sacerrimus,
Quem per accessus datur & patescit
Ad gratiæ Dei *thronum.*
Hunc fide verâ quoties adire
Nobis libet, flatu licet,
Qui Paracletus, Pater, & Patronus
Est unicus fidelium,
Pro quibus fundit gemitus fideles,
Prorsusq; inenarrabiles.

X. DEVS VNITRINVS, Pater, Filius, & Spiritus sanctus.

ESsentiâ unus est Deus
Hypostasi sub triplici:
Pater *creator*, Filius
Redemtor, & Halitus sacratus.

Cœlum

Cœlum Pater, & terram creat
Verbo potente Filij:
Sustentat autem condita
Almi per auram Spiritûs.
Sunt usui humano omnia,
Mundo in triformi, subdita:
Homo sed ipse subditur
Deo *est*, Deiq; *cultui.*
Id utriusq; fœderis
Apostolico cum Symbolo
Fidele testimonium
Trino dat ita uniq; exhibet:
In unicum credo DEVM
Omnis potentiæ patrem:
Sator, polum, solum, salum,
Et quæ tenetur his, regit.

XI. SVMMA I. PARTIS Symboli Apost:

CRedo Deus *quòd me Pater creaverit*
Vnà creaturis suis cum singulis:
Quòd corpus ac mentem mihi donaverit
Cum dotibus utriusq;, utriusq; sensibus,
Et illa sustentando, servet hactenus,
Servabit ac in posterum, & quoad volet:
Quòd victu amictum largiatur indies,

Ad

Ad hæc domum, rus, conjugem, tum liberos,
Et cuncta, quorumcunq; egestas maxima,
Vsúsve cotidiani eget necessitas:
Quòd liberatum me periclis eruat,
Malis & ab omnibus tuendo, liberet
Clementiam ac benignitatem per suam;
Hinc gratus illi, solvo semper debitas
Grates fideli corde, vultu supplice,
Et actione gratiarum perpete,
Inservioq; cultor indignissimus,
Herové servus longè inutilissimus.
In veritate quod rei certissimâ
Certissimæ negotium omne sic se habet.

XII. CREATIO ET CONSERvatio rerum. Psal: 104. P. Artop:

MEns mea divinis cõpluribus excitata donis,
Rerum potentem prædica parentem,
Qui te corporeis animiq; bonis subindè munit,
Ornatq;: eorum grata tu memorq;,
Assiduas grates noctuq; diuq;, sempiterno,
Regumq; summo pange semper IAE.
Is tibi condonans commissa piacla deprecanti,
Culpas remittit quasq; pœnitenti.
Connivet hic idem quamvis tuã ad imbecillitatem,
Perfectionis solus omnis auctor.

Est

Est medicus morbi cuiuslibet, ægritudinisvé:
Est ex reatu, & morte Sospitator.
Largitur quæcunq; petis tibi largienda, necnon
Huîc & futuræ profuturavitæ:
Deniq; post obitûs abitum, atq; resuscitationem
Cavo sepultæ carnis è sepulchro.
Iova Reipublicæ felix regimen dat, & quietem:
Ecclesiarum promovet salutem.
Scita sui pandit verbi reserata per sacratum
Pijs sui oris Flamen adminístris.
Propitiator enim lapsis, miserator est fideles
Suos in omnes, Rexq; perbenignus
Longanimis pariter, multæ & miserationis, iram
Se propter ipsum, repprimit furentem,
Deponitq; minas facilis, veniæq; largus IAS,
Stricto nec usus jure sævit unquam.
Quin quoq; largitor per sæcula gratiæ potentis
In pœnitentes lapsuum ministros.
Hæc velut exemplis testata reliquit ipse nobis
Suam receptis in fidem benignam.
Axis quàm cœli firmus revolubili extat arcu
Terras supra omnes haud basi emovendas:
Tam firmata super nos est pietas Dei parentis,
Benignitatis seu datoris almæ.
Ortus ab Occasu (nunquam coiturus hic & ille)
Quàm distat amplo & dissidente tractu:

A nobis

A nobis longè noſtrum ſcelus omne tam removit
Affectionis motibus paternæ,
Vtpote, cuî conſtet ſat, quôd fragilis, cadens q̃ ſimus
Teſta, umbra, pulvis ſiccus, herbaq̃ arens.
En homo (deciduus flos quomodo) ſic viret per ortũ
Aretq̃ caſum per rigentis auræ.
In nos, & ſobolem noſtram pius unde noſter IAS,
Vtringꝫ dextrâ notus eſt fideli,
Si modò poſteritas â relligione nil avitâ,
Deivé cultu degener ſit unquam: (cham
Chriſtiadûm at fidei culturâ, amet & colat Monar-
Summum, unum & IAM, Filium, Patrẽ, Aurã,
Regemq̃ altithronum, valide ac ſuper univerſitatẽ
Mundi triformis ſceptra proferentem:
Cuî ſunt Angelici, gens flammea mentibus, mini-
Et concionis nuncij ſupernæ, (ſtri,
Ac Evangelicæ ſementis in efficacitate
Mirâ, orbe toto miſſi & efficaces
Militiæq̃ Duces exercitibus recolligendis
Pro re ampliandâ Chriſtianitatis,
Quam legat, & lectam ſibi provehat ille ſempiter-
Cuſtos, & altor providus Piorum: (nus
Condita ubiq̃ loci, veſtrum édite vocibus canoris
Plaſtem atq̃ dignis laudibus referte.
Cẽcinat hũc etiã mea mens, penetraliq̃ cordis imũ,
Probet modò ille id Rex, pater, patronus.

XIII. SECVNDA PARS Symboli Apostolorum.

IN Christum Iësum *credimus*
Herumq; nostrum pangimus:
Conceptum ab almo Flamine:
Natumq; Mariâ virgine:
Passum Pilato præside,
Fixum cruci, demortuum,
Bustoq; petræ conditum,
Descensu at illatum Stygi:
Die reversum tertio
Ex morte: conscensu in polos
Dei *Patris ad dexteram sui,*
Hinc & rediturum judicem.

XIIII. SVMMA PARTIS II.

CRedo quòd Iësus Christus *est* Imanuel
Patre éditus Deo *ante quævis sæcula,*
Natus sed in sæclo ex Mariâ virgine,
Meus sit Herus, qui me redemit perditum
Culpâ parentum, originalem per luem,
Meaq; propriâ per actum criminis,
Quo me expiavit sospitator unicus,
Ac liberavit érutum tyrannide
Mortis, Gehennæ & Satanæ nequissimi,
Idq; haud metallo fulgidi auri fulgido,

Cuſ

Cuſi vel argenti lytrō ſed ſanguinis
Sui, ſuâq; paſſione innoxiâ:
Vt totus eſſem ipſius, atq; viverem
In illius regno pÿs cum ſingulis,
Eiq; ſervirem viciſſim perpete
In Iuſticia, necnon beatitudine:
Is quomodo excitatus eſt à mortuis,
Reduxq; vitæ regnat æternos dies,
Regnareq; ſecum vult & expetit ſuos,
Poſt legitimum certamen in ſorte aſperâ,
Et mortis ardua citæ victoria.

XV. CHRISTVS IMANVEL.
Pſal: 103. è B. Ariâ.

PAnge mens IAM mea ſempiternum,
Libera & curis, vehe Conditorem,
Ac Redemtorem celebra & ſacrantem
Pectora flatum.

Quicquid eſt intra penetral, vel extra
Cordis iſtius, recinat Iehovæ
Nomen & Numen, recolatq; gratâ
Mente per horas,

Sic, ut hunc cultum pietatis almæ
Intima externis priùs ordiantur,
Hæc pio motu quoq; ſubſequantur
Ordine recto.

Osq; cum linguâ, faciant disertum,
Ac sequax cantûs habeant sacrati,
Summa sit cujus, caput ac, Dei *laus*
Maxima summi:
In recordando bonitatis ejus,
Quæ potens largâ pietate nostrum
In genus, citra meriti vigorem
Illius, extat.
AEgrior postquam lue consenescis
Mens, gravi confecta doloris æstu,
Terminum ad vitæ traheris ruinâ
Præcipitanti,
Recrearis tunc ab eo, & novaris.
AEquus is Iudex siquidem universis
Iudicî sacrum repetit tribunal
Fautor & ultor:
Cuîq; pro factis benè, seu protervè,
Arbiter justus pariterq; gnarus
Cognitor justè sua redditurus
Præmia cunctis,
Vt minùs si haud pœniteat reatûs,
Sive commissi sceleris malignè,
Cêu sues hûic subiaceant lutosæ,
At resipiscant.
Fortiter magnos reprimit tyrannos:
Sublevat sanctos opis indigentes:

Fidus ipsis propitiator & dux,
Et bonus hospes:
Ne statu perdantur inordinato,
Aut gravi culpâ vitiositatis
Pectori innatæ, reprobi vel actûs
Impietate.
Non reos tanto Iova *plectit æstu,*
Exigit quantum vigor AEquitatis,
Et rigor Iuris, vel uti meretur
Quisq; reorum.
Est Deus *multâ bonitate largus,*
Est inexhaustus quasi fons ab undâ
Perpetem in vitam saliente semper
Vbere roso:
At sui cultoribus in suâ AEde,
Et Fide perstantibus ex utrisq;
Sexibus, clemens, genitor, patronus,
Auxiliator.
Lassus haud unquam sit in exhibendis
Cælitùs donis hominum cohorti
Terreæ promissa reapse complet
Pactaq; servis:
Præpotens rerum tamen, omne solus
Cernit & noscit sat, ab arce summâ
Cui patet prospectus in universa
Condita rerum.

Flammeos illic habet administros,
Et sua instrumenta, quibusq3 & illis
Vnico nutu facit imperante
Singula passim.
Cœlicæ hoc ipsum fateantur alæ:
Ordines testenturid Angelorum,
Atq3 per Mundum triplicem reposta
Quæq3 creata.
His velut voto, mea mens iugata
Pangat, & summis celebrem reponat,
(Approbet solùm melos ille nostrum)
Laude Iehovam.

XVI. SVMMA III. PARTIS Symboli Apost:

CRedo, rationis propriæ quòd viribus
Confidere Christo Iësu, *Hero meo, haud*
Modo vel ullo, pervenire ad ipsum ego, (queam,
Evangelicæ vocis tubâ ni me vocet
Flatus sacer, ni luce perfundat suâ,
Meaq3 mentis eximat caliginem,
Meumq3 donis dotibusvé cor novet,
Sensusvé utrosq3 fulciens redintegret.
Ille in fide verâ sacratam colligit
Ecclesiam præconio Verbi sacro:
Munit Sacramentis in usu publici

Miniſterij, valentiâvé Clavium.
Allecto in illam mî, licet digno minùs,
Donantur auſa gratuito munere
Dei *Parentis, cuius in* Chriſto *duce,*
Et auſpice, adoptionis eſſe cenſeor
Proles, & hæres cœlitum conſortij:
Cum Matre ſimul die noviſſimo
A mortuis reſuſcitatus, conſequar
Vitam perennem: fiet id certiſſimè.

XVII. EADEM. Pſalm. XIX. ex B. Ariâ.

COElorum regio, ſeû ſchola celſior,
Quam luſtrant homines lumine corporis:
Felices animi quam ſubeunt quoq;
Solerti ingenio, & mentis acumine,
Naturæ vario totius ordine,
Mundi in cardinibus, ſeû quatuor plagis,
Diſcordivé iugo, motibus inſuper,
Concordes habitus ætheris exhibent,
Divinam referunt tum ſapientiam,
AEterniq; fabri perpetuum decus
Exponunt fabricâ nil variabili, &
Cunctorum ſtudio non inamabili:
Claſſes unde ſuas quæq; dies habet,
His cum nox etiam quæq; ſuas vices:

Omnes

Omnes quippe homines continet hæc Schola
Lunari positos undiq; sub globo.
Linguas hîc varias discere nil opus
Est, cùm sermo poli notior omnibus,
Et vox artificis prodeat in sui,
Mirandâ ex fabricâ, mirificentiam.
Cœlum, ac æthra die nocteq;, cæteri
Doctores etiam pleniùs instruunt
Certis motibus ac efficientijs,
Qui, non indociles, instrui ab his velint.
Quorum præco magis conspicuus, micat
Titan, qui radio luminis efficax,
Illustrando videt cuncta, caloreq;
Vitali recreans singula confovet,
Pervaditq; suo cuncta celerrimè
Motu, aptatq; suas temporibus vices:
Capto ut si nequeat lumine conspici,
Sentiri valeant æstubus at suis.
Huc accedit item lex data singulis:
Quod non fert oculus prætereuntium:
Naturæ explicito dat velut è libro,
Nosci Conditor ut non modò non queat,
Sed mentes etiam scripta per ardua
Iehovæ digitis fusiùs explicans,
Illustrat, repetit, publicat, expolit,
Disciplinâ itidem multiplici excolit.

Hinc prolata pijs, seû quoq; cognita
Lex, errorum animis nubila discutit,
Incussoq; metu, qui sapientiæ est
Diæ principium, notificat Deum.
Disciplinæ itidem summa, scopus quoq;
AEqui, Iuris ad hæc, Legibus est basis:
Scitu digna pijs, nec minùs utilis
Humani generis prosperitatibus.
Lex divina boni totius & mali
Fines utiliter tradit, & ordinem:
Vt quæ contineat non modò quæ juvent,
Ignorareq; sed quæ fuerit scelus.
At Lex illa tamen cùm nequeat satis
Exstirpare ream labis originem,
Aut culpæ maculas damnaq; tollere,
(Est quà parte nimis frigida & impotens)
Vox Evangelij præstat & astruit,
Quòd credentibus ac morigeris ei,
Detur Pneuma Patris tum Sobolis, Dei
Per Christi meritum solius efficax;
In quem Oracla scopo cuncta prophetico
Tendunt, prodita quæ vatibus entheis,
Quæ firmata sacros sunt per Apostolos,
Sexu utroq; pios deniq; Martyres:
Divini siquidem munere Spiritûs
Effecti dociles, imbiberant fidem,

Testataq;

Testatamq; suo sanguine, liquerant
Tradendam populis Christiadûm gregis:
Vt loti amne sacro, sint Capitis sui
Membris membra, fide Christidos insita, &
Pasta carne, cruore, Agne Dei, *tuo,*
Mundata & vitio, crimine libera.
Hoc à te cupio, mi Deus, *unico*
Impetrare, cui id gratuitum decus,
Et munus proprium est, ferrè pijs opem:
Patrono, patre, Hero propitiabili.

XVIII. ORATIO DOMINICA.

O *Noster genitor, polaris ô Rex,*
Qui nos hîc sobolem tibi cooptas,
Et servire facis Patri & Patrono,
Christo *in prole tuâq;, Heroq; nostre,*
Audis in pia vota te vocantes,
Auditos patrio tegis favore:
Tuum, *fac, ita* Nomen *excolatur*
A nobis, ut eo sacratius nil,
Aut antiquius extet orbe toto,
Sêu Mundi fabricâ huius in triformi:
Nobiscum fateantur unde cuncti,
Te sub nomine triplici Iehovam
Vnum numine, gloriâ, vigore:
Cum Patre Vnigenitum, Vtriusq; & Auram.

Quâ, Verboq3 tuo stet evidenter
Extensum diadema, itemq3 Sceptrum
Regni, *præ reliquis, tibi perennis,*
Necnon spiritualis, & beati.
In terris Tua *non secus* Voluntas
Fiat, *quàm fit in arcibus supernis:*
Cêu párent tibi cœlites parenti,
Terrestres ita páreamus omnes.
Da nobis hodie cotidianum
Panem, *quicquid & ad necessitatem*
Victûs sufficiens sit, aut amictûs
Frugali bene, commodâq3 vitâ:
Da Templis quoq3, Curijs, Scholisq3
Præfectos vigiles, bonos, fideles.
Nobis debita *quæq3 sic* remitte,
Vt nos mittimus illa debitori.
In hoc, da, te imitemur & sequamur,
Ac præstemus idem subinde tecum.
In tentamina ne sinas venire
Nos aut dæmonis, aut in illecebras
Carnis: Mundi in opus, vel officinam,
Ardentemvé trucis lacum gehennæ.
Malis eripe nos ab universis,
Mens cum corpore sub quibus fatiscit,
Fatiscensq3 grávatur, & necatur:
Sin enecta minùs, tamen labascit.

Est regnum tibi namq; sempiternum,
Est sceptrum quoq; gloriâ coruscum:
Qui virtute cluens, honore claras
Per labentia sæcla sæculorum.

XIX. EADEM PSAL: LXV.
Ex Paraph: B. Ariæ.

LAus Deo *semper canatur in piâ frequentiâ*
Et piæ precationes destinentur unico
Prĩcipi & Patri supremo cœlitũ & terrestriũ.
Is suos audit: suorum vota sumens perficit,
Ipsa dum bono secundat, sẽu coronat exitu:
Omnis hinc homo fidelis noscat illũ ac prædicet,
Sic & inquiat: tametsi tu queas nosci omnibus
Liberalitate magnâ de tuâ & multiplici,
Totius dator boni, auctor, tum pater largissimus:
Is tamen beatioris nomen obtinens viri,
Ex tuo novisse verbo qui potest te, & Spiritu:
Christianum Sacrosanctæ germen est Ecclesiæ,
Cui basim humanæ salutis, Christũ Iësum mẽtibus
Ingerit fiduciali pectorum signaculo,
Ac tuum venire regnum velle pro tuo, facit.
Singuli quidem piorum te salutarem sibi
Expetunt, licet salutẽ haud cõsequantur singuli
Propter infidelitatem, sub lue innatâ sibi.
Summa quàm Tibi potestas insit, ostendunt iuga

Montium prealta, nullo seû movenda sæculo,
Visq3 tempestatis ortæ mitiganda nemini:
Nulla disturbare res te, nulla tardare in tuo
Quit statuto, & impediri tu vales à nemine,
Sit licet robustiorum de gigantum semine.
En tuam benignitatem terra sentit perpetim,
Annuo proventu in omnes liberalis incolas:
Sêu ppago humana sint hi, sêu foret brutũ pecus.
Pascuis hoc, pane at illam: promus exples, providus
Omnium necessitati condus ipse consulis:
Pœnitenti cuiq3 lapsus gratiâ mittis tuâ,
Satq3 tentato, & periclis liberato subvenis,
Et mali vinclis soluto, nexibusvé criminum:
Anchora es Spei recentis, portus es fidissimus.
Ergo laus tibi sit uni semper à cunctis data
In frequentiâ piorum congregatâ cœtuum:
Tu Pater, Deusq3 noster, Rexq3 perpetim cluis.

XX. BAPTISMVS.

CHristus polorum culmen ad arduum
Scansurus, & iam terreus accola
Mundum relicturus, profatur
Sic socijs Herus & Magister:
Omnis potestas est mihi tradita
Vbiq3 rerum, quas polus, Insulæ
Et continens sinu peramplo
Lativagum retinent per orbem,

Plagas in omnes quattuor ipsius
Abite sparsum semina gaudio,
Evangelîq; lætiori
Voce, stilo, monitu fideli.
Hinc nationes tingite singulas
In Trinitatis nomine simplicis,
Cum Patre, Nati, Flaminisq;,
Tres deitate pares eâdem:
Hanc ut professi Catholicâ fide,
In Christianis moribus exprimant,
Et lotione almâ renatæ,
Officium faciant fideles.
Quicunq; credens fonte lavabitur
Sacro, beatus iugiter hic erit:
Damnabitur sed infidelis
Perpetuùm cruciandus Orco.

XXI. BAPTISMI DILVVIVM.

Psal: 56. è paraph: P. Artopæi.

Aetas omnis, & omnium
Orbis quadrifidi natio gentium:
Ordo summus & infimus
Christi *regna* Dei *spiritualia*
Ac Evangelij sonis
Sacrati, & lituis omnipotentiam
Admiretur & expetat
Illorum fieri civis & incola.

Regem magnificum vehat,
Ac mundi Dominum triplicis excolat,
Cujus vox resonabilis
Undarum tumidis fluctibus imperat,
Tempestatibus insuper,
Horrendis nimium, navifragi maris:
Ut vi numinis excitæ
Ponant, & posito murmure profluant.
Terram concutit, arborum
Silvas depopulans, funditùs eruit:
Altæ quò saliant cedri,
Frustratim pariter dissiliant, facit.
Et cervæ nimio metu
Præcoces, pariant hinc, vel abortiant.
Mortales quoq; territos
Ad templa atq; preces confugere efficit.
Is nam diluvio sacri
Fontis perpetuò Rex sacer insidet,
Quo carnis vitium lavans,
Baptismi per aquam mersitat, & levat,
Robur datq; pijs sui,
Qui carnem subigens edomet, halitûs:
Quo pax, gratia, faustitas
His, ac omne bonum proveniens fluat,
Tincti ut gurgite & halitu
Sacro, sacra, renata ut quoq; sint seges.

Per quam Ecclesia Christidos
Auctu mirifico surgat adultior,
Et cœtu numerosior
Sacrato, vireat florida perpetim:
Florens deniq; vividâ
Semper fruge, novâ stirpe repullulet.
Rex Christus *super omnia*
Mundi regna potens voce MinisterI.
Hac confringit & obterit
Reges cum Ducibus, cum Satrapis item,
Qui nolunt aperire ei
Portas sponte suis in ditionibus:
Qui nolunt dare gloriam
Messiæ: Capiti membra suo, & Duci.

XXII. ABSOLVTIO.
Matth: 18.

AMen amen, vobis loquens, id affero:
Quæcunq; super terram ligaveritis sacro
Ministerio, ligata erunt & in polo:
At solveritis quæcunq; tellurem supra,
Erunt quoq; in cœli soluta sedibus.
Iësus *insufflavit, aiens, fratribus,* Ioã:20.
Donarium flatûs sacrati sumite:
Remiseritis peccata quorumcunq;, eis
Remissa sunt, eruntq; tecta: quomodo

Impœnitentibus retenta, sontium
Damnationi sempiternæ serviunt.

XXIII. EADEM. PSAL: LI. ex B. Ariâ.

ERgo convictus sceleris nefandi, &
Me reum fassus, tibi, dedo, mi Ias,
Parce tu sonti misero, benigne
Propitiator,
Viscerum motu proprio tuorum,
Perge delicti relevare culpas
Omnis ablutas, vitioq; & omni
Tergere noxâ:
Conscià damni id quia mente gesto
Semper incursans oculo riganti
Lacrumis vultum, facienti & istud
Cor sit ut excors.
Dum tibi peccans sceleratus, in te
Crimen admisi grave, multiplexq;,
Ac tuo coram tolerante vultu
Fœda peregi.
Vnde me, Iudex metuende, victum
Atq; damnatum meritò, professus,
Damnoq;, & trado tibi Iuris æquâ
Lance subactum.

Improbum

Improbus quanquam fuerim malignis
Actibus, mentis vitiositate
Plùs, superbâ quàm feritate, & æstu
Carnis hiulcæ:
Me tamen culpo, fateorq́ sontem,
Ac reum valdè tua iussa in alma,
Idq́ naturâ, sceleri patrando
Pronus, & aptus.
Ast ab irato patre, perbenignum
Provoco: gnatus miser ad parentem,
Qui parum pœnæ statuat merenti
Plurimum alumno.
Intus ac extra sub utrisq́ quanta
Sensibus corruptio, scis, mihi sit,
Quòd salusq́ ex te mea, sed ruina
Pendeat ex me.
Hinc tuam sons posco benignitatem,
Quâ tuo, fias facilis, vocatus
Supplici, & dones veniam reatûs,
Supplicijq́:
Intùs extincto priùs at calore
Fervido renum, vitio & remoto
Cor refingatur penitùs novandum
Flamine sancto.
Id Fidem in Christum *tribuat receptum,*
Et datum Mundo miseratione

Ex tuâ ingenti, Iova, *pro salute*
Christigenarum.
Quo sit illius velut arrha, & obses
Prolibus cunctis tuâ adoptione
Insitis cœlo, huic quoq; restitutis
Cæde Dei *Agni:*
Quam figurabant tot, ab instituto
Legis antiquæ Cæremoniarum,
Victimæ, & cultus varij Iehovæ
Sacra parandi.
Cædis, Hyssopo, illius & cruoris
Vnicâ saltem maculam respersus
In meam guttâ, sacer, expiabor
Purus & insons.
Spiritu hoc instructus ego potenter:
Hoc tuo lætus, vegetusq; dono,
Instruam sontes, ratione quali
Iustificentur:
Gratiâ aut cuius, scelerum reportent
Gratiam, donante remissionem,
Ac eorundem resolutionem
Voce ministri:
Quâ piè erectus recreabor, IAE
Quâ meo fisus tibi, Spem, fidemq;
In tuâ figam miseratione,
Gratus in horas:

Quâ meum quodvis scelus expiabis,
Quâ cor obtritumq́ onere allevabis,
Idq́ lætari facies per almi
Flaminis auram.
Hoc enim arcano duce, pœnitendi
Ad statum multos revocabo fontes,
Pessimam tandem meliore vitam
Mecum uti mutent.
Sat scio, Legis sacra non requiris,
Cordis at fracti bene filiali
Ex metu, flatûsq́ piè fidelis
Vis holocausta.
Cælicam à te illam peto civitatem
Extrui, donoq́ tui absolutam
Spiritûs, in rem undiq́ Christianam
Amplificari.
Tunc adoratus tu ibi veritatis
Spiritu, acceptans quoq́ sacra laudis
Ac precis, clemens Deus *excolêris*
A grege sancto.

XXIIII. COENA DOMINICA

IN quâ nocte dolo sui sodalis
Prodendus fuit, osculoq́ Iudæ,
Christus *noster* Iësus *ille, panem*
Assumtum manibus, pius peregit

Grates

Grates ore pio, & refregit illum,
Porrexitq; sodalibus viritim:
Vos assumite, dixit, hunc edendum:
Hoc est Corpus *enim* Meum, *perenni*
Quod vestrî datur omnium saluti.
Hunc, lethi memores mei, per actum
Meam concelebrate passionem.
Modo consimili deinde sumens
In manus Calicem, Deo *Parenti*
Persolvens quoq; gratias, bibendum
Dedit discipulisq;, sicq; dixit:
Ex hoc (impero) singuli bibendo,
Meam commemorent necem beatam:
Meo in sanguine, fœdus hoc recens est,
Fuso pro scelerum remissione.
Idipsum facite in meiq; honorem,
Et lytri memorabilis vigorem:
Quando, vel quoties bibetis isthoc
Ex poclo benedictionis almæ.

XXV. ALIA PSAL: CXI.
è Paraph: Lucæ Osiandri.

TOto corde cano Deum,
Et Psalmis celebro cœtibus in sacris,
Privatimq; veho laude patrem munificentiæ.
Cujus sunt opera ardua,

Seu Mundi fabricam, seu regimen potens
Curâ Ecclesiolæ, quã moderans providet, annotes:
Condignissima laudibus
Admirabilibus, deniq; legibus,
Quîs iustissimus & maximus, ac optimus est Deus.
Admirabilium hîc enim
Rerum Mnemosynon constituit suæ
Laudi, Christicolarumq; saluti bene providus.
His dans Cœnæ epulum suæ,
Pastu carnis, ad hæc sanguinis: ut Dei
Agni *salvificam commemorent facta per hæc ne-*
Ac fœdus recolant sacro (*cem,*
In Baptismate pactum patre cum Deo,
Christum *propter Herum, semper eis propitia-*
In nos spiritualia, (*bili.*
Et maiora quidem munera cælitùs
Cõfert, promeriti quã fuimus, quàm sumus, indies.
Is quicquid facit, id fluit
Affectûs patrij divite copiâ:
Sunt promissa Dei *vera, notis firma fidelibus.*
Hæc si nostra fides modò
Prêndat, Speq; sibi non dubiâ applicet,
Messiamq; datum Christicolis excolat unicè:
Qui plebem redimat suam à
Peccato, Satanâ, morte, lacu infero,
Necnon sidereis restituat sedibus, & Patri,

Testamen-

Testamentum ita condidit
Cœlesti positum de patrimonio,
Vt stet temporibus perpetuis invariabile:
Quòd patri supero pios
Cultores solidis iungat amoribus,
Ardorum & facibus cordifluis glutinet invicem.
Sanctum & terribile illius
Nomen, fassa probat corda Dei *fidem:*
Ast ingrata premit, perfida disperdit ad ultimum.
Fons veræ Sapientiæ,
Et pons, est Domini *filiolis timor,*
Quo verbum meditati eius ament, ac opere impleãt:
Terrâ non modò in hac pius
Omnis dignus erit degere, sed quoq;
In vitæ alterius perpetuâ vivere gloriâ.

AMEN.

SEMEN-

SEMENTIS ECCLESIAE CHRISTI, CHRISTIANAEQVE REIP. APVD MEZERICENSES, Nutritio liberaliS. ac D. D. HENRICO de VVALDSTAYN, Brtnicensi, &c:

IBIDEMq; DN: DECANO DIGNIS. Sacerdoti MATHIAE POSTHVMIO, Thaboritæ, &c:

ET M. IOANNI VRSINO, V. sub eo Cl. & Ludimoderatori, cęteriſq; docentibus & diſcentibus. Tho: Mitis Lym: S. D.

ILluſtres animæ, VValdſtayni ſtemmatis Heros
Henrice: Brtnicenſis hæres & Baro,
Poſthume Mathia pie, Mezriciiq; Decane,
Quem Thabor urbs Bohemiæ alta, protulit,
Tuq; potens linguis, ſtudiiſq; exculte Ioannes
Vrſine: Rector Mezricenſium Scholæ:
Funicule ô triplex, ictu irreſolubilis uno,
A Mite Thoma fer tibi hunc dari librum,
Quo tres Chriſtigenæ virtutes conſtituuntur
Sacris reductæ Bibliorum fontibus,

Qui

Qui latices fundunt undæ vitalis in ævum,
Pastuq3 mentes Christianas educant:
Quarum cultori, doctrinæ pabula sanctæ
Communicatis disciplinæ vinculo.
Hæc, ac illa Deo *longè gratissima fiunt*
Docentium & discentium concordiâ,
Quando accedit ei præsertim cura patroni
Ex liberalitate sanctâ cogniti.
Qualis es inprimis Helenæi, *tu Baro*, Ludi,
Henrice *de VValdstayn, diu utq3 sis,*
Det Deus, *& Mathiâ tibi,* Mezricioq; *reservet*
Tuo Decanum, vestræ & Vrsinum *Scholæ.*
Vivite Mathusalah longævi sæcla, patroni
Ecclesiæ, & patres gregis scholastici,
Huncq3 meum vobis donatum, sumite fœtum
In vos meæ pro teste gratitudinis.
Sic (ego quod nequeam) noster compenset Iesus
Omnis boni remunerator unicus.

Valete, & vivite feliciter. Pragâ Veteri, die Viridium, &c.
An: sal: 1587.

Th: M.

THOMAE MITIS LYM: Catecheſis Biblicæ, lib: II.

EX VTRIVSQVE TESTAMENTI Melematis ac precibus I. Auen:

I. LEX ET EVANGELIVM.

LEx, Evangeliumq3, Bibliorum
Sunt ſummaria concio ſacrorum,
Ad quæ puncta duo univerſa poſſunt
Scripturæ capita omnis ordinari,
Ordinataq3 digeri ac referri
Suos in titulos locis reducta
Fidei, Spei tum, itemq3 Charitatis,
Quæ tres & ſoboles Dei, & ſorores,
Virtutes quoq3 Chriſtianæ habentur,
Eiuſdemq3 baſis, ſcopi, ſalutis
Patrum non minùs, atq3 filiorum,
Vnius fidei vigore utriſq3:
Illis utpote Chriſtum in exhibendum,
His verò exhibitum Deo favente,
Quem cum prole ſuâ abnepotibusq3
Primævus coluit parens Adamus
Purâ relligione, & approbatâ
Signis cœlitùs éditis ſtupendè,

Signatâq3

Signatâq́ cruore fuſo Abelis,
Vivi deniq́ raptu in aſtra Enochi,
Servatoq́ Noa, *Orbe perdito undis.*
Ex his Noiadæ ſed enatando
Arcâ ſoſpite, ſoſpites in ipſâ,
Et ſalvi novo in orbe conſtituti,
Mox Soteria Iehovæ *litabant,*
Parantes & ei ſacra, excubabant:
Qui virtute ſui potente verbi
Cœlos, æquor, humumq́ procreavit.
De qua ſumtus homoq́ & inde dictus,
Plaſtæ plaſma ſui, ac imago vultûs,
Eiuſdem Microcoſmus eſſet idem
Ob dotes rationis atq́ mentis,
Ornatu haud ſine corporis peramplo
Humani in fabricâ venuſtiori.
Mundum is diluvio necans priorem,
Hunc olim ignibus alterum necabit:
Iris verſicolor probat quodipſum
Verax nube ſereniore teſtis.
In qua verſicolore fulget arcu,
Icti fœderis admonens fideles:
Quòd Semen benedictum, *Adæ receptum*
Meſsias, abolebit & piabit
Culpas poſteritatis eius omnes,
Signatus tot in hoſtijs, Dei Agnus;

Qui

Qui Mundum redimens lytro cruoris
Ereptum Satanæ, Neci, Gehennæ,
Antiqui attereret *caput Draconis:*
Expectatus & expetitus Heros,
Semen Feminæ, *&* Abrahæ, *at* Silo (mæ:
Ortu Stella Iacob, Propheta Magnus, Al-
Nobis Imanuel *satus, datusq́;*
Nobis Puſio, Filius *quoq́; ortus*
Mundo Davidides *in Vrbe* Bethla,
Humanæ reparator eſt ſalutis.
Humani eſt generis redintegrator:
Et cùm mens hominis rea & ſuperbæ,
Ac corrupta adeò foret reatu,
Vt cognoſcere nollet hunc libenter
Aut expoſcere Meſſiam receptum,
A quo, non aliunde, ſoſpitetur,
Legem, ſive decem ſtatuta Legis
Severæ Tabulis notata binis,
Per Moſen famulum tulit Iehova,
Peccatis homo cognitis recenter,
Seſe cerneret, ac doleret eſſe
Orci mancipium ſuo reatu,
Ipſius peteret remiſſionem,
Ab hoc deniq́; liberationem,
Qui cunctis foret unicus redemtor;
Victis, dæmone, morte, culpa, & orco,

Idq́ corporis hostiâ caduci,
Inq́ arâ crucis immolatione
Mundi totius in redemtionem,
Peccatorum itidem expiationem.
Hinc Lex & Sacra Legis haud valebant
Quod præstare, vel expedire per se,
Vmbræ quomodo veritatis almæ
Typiq́, huîc tribuendo ritè palmam,
Concessêre sui abrogatione.
Hinc Lex Moseos ex utroq́ sexu
Cunctis est uti pædagogus asper
Ad Christum, *à patre iam datum superno,*
Horrendis nimium trahens flagellis,
Per vexamina conscientiarum,
Per peccamina propria, & parentum:
Quæ Christus *piat ac relaxat ipse*
Cunctorum una redemtio, salusq́.
Hinc Evangelij sonus beati
Est potentia dia cuiq́ fido,
Credentivé Deum *in patrem benignum*
Ob Christi *necis efficacitatem,*
Illiusq́ resuscitationis
Excedens meriti vigore culpam,
Et prolem faciens adoptionis
In vitâ & nece corporis caducâ,
Patri reddit eam suo & suorum,

Deo

Deo præterea suo & suorum,
Quos is restituit potenter astris
Fratres frater, & in polis coronat:
Vnde Christus ait, reis patronus:
Mundum sic Deus hunc amavit, ipsi
Vt Natum daret unicum beando,
Quò credens in eum omnis, haud periret,
At consors fieret perennioris
AEvi, Cœlituum insuper coronæ,
Quâ post prælia maximi laboris
Et discrimina sortis atq; mortis
Post tot, tantaq; adoream reduxit
Fidæ militibus sodalitatis
Necnon militiæ Sacræ Imperator:
Omnem supra hominem virumq; passus.
Ergo promeruit polos ministris,
Insons sontibus, occidendo, salvis,
Placandoq; sui parentis iram,
Ipsi factus in hostiam suavem,
Latronesq; duos peremtus inter
Mundi crimina propter universi,
Vitæ ac Iustitiæ redux perennis
Est, eritq; perennitate in omni.
Cœlos scandit in arduo volatu,
Ad dextramq; sedens patris supremi,
Inter nos, & eum Sequester extat,

Extabitq́ per omne solus ævum.
Sumit vota gregis pij, ipseq́ offert
Illi, sumta vel absoluta per se.
Hinc, Rex spiritualis ac perennis,
Huc demisit in Apostolos, & horum
Sequaces, Vtriusq́ Flamen almum:
Promissæ sit ut arrhabo salutis
Vnius fidei ampliatione,
Et Baptismatis innovatione,
Post cæsum ense sui oris Antichristum,
Postq́ Iudicium ultimæ diei;
Quâ censebit utrinq́ Censor æquus,
Iustis præmia dans sua, atq́ iniquis:
Orco his perpete, Patriâ sed illis.
Tradet regna suo dein parenti,
Factus omnia in omnibus beatis
Illi cum Patre, Spirituq́ sancto,
Perpes gloria, laus, honos, potestas
Sit per sæcula quæq́ sæculorum,
Aut si his ulterius quid esse possit.
Ex hoc carmine iam patet phalæco,
Patebitq́, satis superq́ cunctis,
Lex, Evangeliumq́; *Bibliorum*
Quòd summaria concio est sacrorum.

II. PRO IMPETRANDA Fide vera.

O Æterne Deus, supreme parẽs, origo rerũ,
Finisq3, mundus quas habet triformis,
Tu solus nostræ perfectio vitæ es, & salutis,
Bonumq3 summum, perpetimq3 durans.
A te uno, omne datũ semp venit optimumq3 donũ:
Ex te profectum luminis datore,
In quem nulla cadit mutatio, sêu rei caducæ
Conversio, sêu transiens imago:
Te rogo nomine ego sobolisq3 tuæ, ducisq3 nostri,
Et Christi Iësu numine evidenti,
Vt moderêre tuo Spiramine nostra corda sancto,
Adaucta plantis fructuum novellis.
Cognitione voluntatis tuæ adimpleamur omni,
Fac, & Sophiâ, providum per actum.
Quo per cuncta bono, dignè famuli te, Hero, ambu-
Tibi placentes servitute gratâ. (lemus
Agnitione tui vigeamus & ampliemur unà,
Sub fruge cultûs debiti colono:
Sub mentis nostræ, firmo bene, robore & palæstrâ,
Tuumq3 iuxta robur æviternum,
Ferre crucem, patienda pati valeamus ac velimus,
Fac, & tibi Iæ serviamus uni;
Vt sermone redundemus Fidei, scientiâq3,
Pereficaci, diligentiâq3.

Hinc genibus flexis ad te, genitor superne, Christi
Nosterq́, certam posco te salutem,
E quo cœlestis, terræq́ paternitas it omnis,
Nomenq́ in omen ducit & reducit,
Divitias iuxta nobis tuæ opis potentiæq́,
Quàm gloriosæ? robur adde mentis.
Hanc vegetante tuo Spiramine, sensuum vigore
Intusq́ & extra, semper imbuamur,
Perq́ Fidem in nobis habitet sine fine Christus
Radice fixâ Charitatis altè. (*hospes,*
Fundamento itidem iacto, ex patefactione Verbi
Tui assequamur cum omnibus beatis,
Notitiamq́ voluntatis tuæ & usiæ profundam,
Quicquam nec ullis sensuum hauriendam.
Nemo Deum *æternum te unquam potuit videre,*
Tuæ vel umbram gloriæ notare. (*nemo*
Nemo tuum novit natum, tua qui realis extat,
Et viva imago, tu pater nisi alte:
At neq́ te quisquam novit, nisi Filius, Parentem,
Aut ille cuî te donet esse notum.
Ergo per ingentem te posco tuam benignitatem,
Vt me paternè pertrahas ad illum,
Ipseq́ perducat me ad te monitu fideliori,
Tuoq́ verbo, quod lucerna mî sit.
Pande tuæ plebi, per viscera largiter benigna,
Iter salutis jugiter terendum

Gratuitam

Gratuitâ nobis scelerum remissione:
Scientiam da tu tui tenendam.
Iustitiam Christi *ut per te obtineamus imputatã*
Cuncti reatûs missione nobis,
Et nostræ mentis mirâ renovatione flatus,
Quo simus hæredes tui per ævum:
In Christo *nostro duce & auspice, qui piacularẽ*
In victimam orbi factus universo est,
Nostraq3 delevit propriÿ precio cruoris ausa,
Pœnasq3 nostri gratiâ, subivit,
Iustitiæq3 Dei *lytro æquivalente sat superq3,*
Sontes at insons, sospitando, fecit.
Sordibus à cunctis nos abluit, & piavit omnes
In morte sumti corporis cruentâ:
Irreprehensibiles, sanctos quoq3 nos ut exhiberet
Coramq3 vultu sisteret Parentis.
Fac igitur, firmi maneamus, & in Fide potentes
Adversus omnes machinas Gehennæ,
Iustitiamq3 tuam Spei in auctibus, assequamur illã,
Quæ, Christi Iësu *per redemtionem,*
Est accepta tibiq3, reconciliatq3 pœnitentes
Vitæ in malo omni turpiter peractæ:
Iustificati etiam, te patrem adeamus, & petamus
In pace vera Conscientiarum.
Sancte, favensq3 Deus, *micam Fidei, fac, excitatã*
In corde saltem splendicare nostro,

Perducią diem nostri ad ducis, atq; Christi Iesu,
Exuberantes quo magis magisq;
Cognitione tui, cœptum à te opus omne finiamus:
Intelligendo, reprobata quæ sint,
Quæ potiora sient, teneamus, & exequamur actu
Sinceritatis: culpâ & absq; labis.
Frugeq; Iustitiæ repleti, animis feramur altis
Ad conspicandum Iudicem supernum.
Ergo tuæ manda virtuti, opus à te ut incoatum
In me, secundet, finiatq; tandem,
Per meritũ Christi, Regis mei, & unici tui almã
Redemptionem & gloriam perennem,
Frugi militiam, da, nos tibi rite militantes,
Fidem tenendo mente conscià æqui,
In cruce & ærumnis, æstu pelagi velut furentis,
Ne fluctuemus, nêu periclitemur.
Succurre imbelli nostræ fidei ac spei pusillæ
Tanquam Synapis granulo peracri,
Quottidie magis hæc radice sub altiore, crescat:
Immobilis sit: firma perstet in te,
Nec tã deficiat cum tẽpore, quàm labascat unquã
Mundi tot inter schismatum ruinas.
Extingue horrendos de TE dubitationis æstus
Naturæ in huius strage originali.
Fac tibi fidamus soli bona cuncta pollicenti,
Tum corpori, tum profutura menti:

Fac

Fac, verbi nobis promissa tui applicemus ipsis
Assensionis firmitudine omni,
Credentes illi (ratione licet reclamitante)
Fiduciali pectorum vigore,
Ac immortalem vitam obtineamus & salutem,
Post incolatum carnis hunc, in astris.
Da quoq; eam nobis, genitor pie, gratiam, Fides ne
Sit nostra inanis, nuda, & imbecilla:
Frugis at haud expers, operum quoq; Charitatis al-
Qua teste, factis in bonis nitescat. (mæ,
Vnde reportemus finem Fidei, salute mentis,
Vitâq; carnis excitæ sepulchro.
Ac te, quē modò nos, ænigma per, hîc velut videmus,
Istîc colamus Te videndo semper
De facie ad faciem, donante fidelibus ministris
Id Rege Christo, Iehovâq; *nostro:*
Cuî Tecum sit laus, sit Spiritui decus sacrato
Nunc, ac deinceps sæculo perenni.

III. EXEMPLORVM FIDEI.

Fides alma beat, facitq; justos,
Sexu in utroq; homines quoslibet, ante Deum,
Qui vult propitiabilis teneri
Omnibus in Christo *(qui sua progenies)*
Perq; ac propter eum piè benignus,
Novit adoptivis prolibus esse pater:

Qualem primus Adam, Fide, recepiu
Gratiæ & obtentu, ſenſit & obtinuit,
Per Semen Muliebre ſoſpitatus
Cum credente omni poſteritate ſuâ:
Qualem credidit, imputatum habendo
Hoc ad Iuſtitiam Spe Fidei, Abrahamus:
Qualem dux populi Iſrahel, Moiſes
Mittendum petijt, prævium, at ire ſibi:
Qualem Ioſua vidit atq; ſenſit
Iordane ſiccato, tranſitu in Iſacidûm,
Deductore Deo, Deiq; Nato
Auſpice, ſepteno tunc ubi circuitu,
Et clangore gravis ſoni tubarum,
Everſæ Iericho mœnia lapſa capit.
Idem mirificus, ſacerq; ductor
Iſrahelis tribuum, maxima bella gerit,
Nec ſolùm gerit arcubus vel armis,
Sed prece fidâ etiam geſta ſtupenda novat.
Fidens namq; Deo ſibi favente,
In medio curſu, Solis equos retinet
Integræ ſpatio unius diei,
Donec homo, Domini prælia conficeret,
Triginta tribus inſuper necatis
Regibus, Iſacidis dividit arva Chanan
Fidem per Domini in manum potentem,
Dictis & factis nec minùs eximiam.

Vnde

Vnde in pace bonâ, ſatur dierum,
Corpus humo, mentem reddidit ille Deo.
Fide, Debora *concitans Baracum*
Ad ſocia arma, facit, Siſara concideret,
Fuſuſq3 & profugus, caſum ſubiret,
Enectusq3 in eâ Iahelis *arte foret.*
Fide, Gideon *in domo paternâ,*
Lucum, Aramq3 Baal in nihilum redigit,
Idoliq3 loco docet colendum
Eſſe Deum, *qui unus condita quæq3 regit.*
Altare extruit hinc ei dicatum
In ſpem venturi Seminis Abraidæ,
Quod tot ſacra per hoſtias peracta,
Signârant Agnum ſolius eſſe Dei:
Qui tollat ſcelus orbis univerſi
In crucis altari victima, & ara precum
Ille dux quoq3 conſtitutus, hoſtes
In Midianitas, Signa per eligitur.
His explorat & ipſe caſtra, & exit
Hæc comite armigero, non ſine laude Dei.
Cuius voce manuq3 fiſus altâ,
Millibus, & cuneis innumerabilibus
Opponit modò milites trecentos
Ollarum crepitu cum face, Symbolo item:
(Iehovæ, Gladiusq; Gideonis)
Adiecto: his trepidum prorsùs, & exanimem,

Hostem in mutua conspicit ruentem
Vulnera, per cædes, præcipitemq; fugam
In qua persequitur vagos, necatq;,
Exutos castris omnibus, indeq; obit.
Fide, Ruth *Moabitis in Noëmin,*
Fida comes, nurus ac officiosa, socrum,
Bethlam commeat, insecuta eandem
Ex spicilegio curat, alitq; suo:
Permotus pietate quâ Boozus,
Iure propinquorum, calceamenta pedis
Deponens, sibi sumit ipse Rutham
Coniugem, avusq; aviam dat fieri Isaidæ.
Hinc hæc ethnica tertia it sacratam
Christi *Davididæ per genealogiam.*
Fide, David *ephœbus in* Goliam
Fertur, & hunc fundâ sternit, & ense viri
Educto, caput amputat giganti,
Proiecto exanimi corpore vulturibus:
Annis & spolijs Deo *litatis,*
Qui magnum parvo vicerit edomitum.
Fide Rex Asa *prælians in hostem,*
Multis & paucis Iehova *vincis, ait.*
Fide, Rex Iosaphath *periculosè*
Cum Moab, atq; Ammon, belligeratus, ovat.
Ac hymno, prece, gratijs & actis
Pugnans, dante Deo, *milite victor abit:*

Qui,

Qui, dum vulnere mutuo ruissent,
Hostes à tergo cædit & exspoliat,
Prædaq; innumerâ potitur idem,
Tres ubi lecta dies, non sine fruge, foret.
Fide. Rex pius & timens Iehovæ,
Blasphemum sternit Rabsacen, Ezechias,
Noctu quando, Dei *Angelus trucidat*
Centum octoginta, & millia quinq; Syrûm.
De vitâ ille dein periclitatus,
Prolongari ipsam per tria lustra sibi
A Deo *impetrat, obtinetq; firmus*
Cœlesti signo, Soleq; retrogrado.
Fide Rex Iosias *pius; minister*
Iovæ, *idolorum maxima pestis ad hæc,*
Divinosq; repurgat antè cultus,
Mosis & inventos publicat inde libros:
Regnator sacer & boni patronus
Ordinis in publica Req; & in AEde sacrâ.
Fide, Sidrach, Abednego, Misachq;,
Nati ad res summas, optimi item iuvenes,
Ardentis potiùs rogos camini
Intrepidè subeunt, quàm coluisse velint
Erectum Babylonici colossum
Regis: servantur sed tua ope, Agne Dei,
Sic, ut ne minimum quidem his capillum
Aut filum vestis læserit ignis atrox.

Omnes attamen eius administros
Idem absumpsisset, te faciente, foris.
Fide, vir sapiens, sacerq; vates
Chaldæo & summus præses in Imperio,
Evadit Daniel *lacu leonum:*
His clauso ore: dato pane sibi à Genio.
Rex vitam famulo Darius *ultrò*
Gratatus, subitam spectat in hoste necem,
Discerpto statim ab unguibus leonum,
Oreq;: cum puero, sexu & utroq; sene.
Mandat rex quoq; regno in universo,
Verus adoretur quò Deus *Israelis,*
Cuius sit Danielus ille cultor:
Ast interfector, fœde Baale, tuus.
Fide, Esdras, *repetens* Salem *ruinas,*
Regis Conductum mittit, habetq; Dei;
Legis Doctor, & ordinis sequendi
A populo & Mystis, gloria luxq; suis.
Fide, Templi operas, & Vrbis urgens
Nehemias, *instit: continuetur opus.*
Pro nobis Iova *pugnat, & stat: hostis*
Ore minax, gladio trux, nihil efficiet.
Fide ardens Machabæus *ille* Iudas
Agminibus paucis plurima sæpe fugat.
Primùm confugiens preces ad imi
Pectoris, hinc victor maxima bella gerit.

Successu

Successu sibi cœlitùs tributo
Divinâ in causâ, militieq; sacrâ.
Fide, mirifica admodum illa mater
Natorum septem, his addita Martyr, obit,
Zelo Legis utrinq; comprobato
Dictis & factis perfidam in Antiochi
Regis blanditiem, minas, & iram:
Quîs nil proficiens ringitur, & moritur:
Factus mancipium perennis orci:
Exceptis Abrahæ Martyribus gremio.
Fide, Matthatias *sacra apparantem*
Idolo, obtruncat: cædit Apollonium
Vrgentem Antiochi impiè statuta:
Primus, ei obstitit, nobilium Patriæ.
Aras destruit, usus Assidæis
Hac in re socijs gnaviter egregijs.
Demandat moriturus ipse gnatis,
(Qui Machabæorum nomen in omen habent)
Bellum pro Patriâ, Deiq; *lege*
Fortiter incœptum, fortiùs expediant.
Hinc illi pariterq; Principatum, &
Pontificatum Israel mirificè retinent
In centum, decies bis, octoq; annos,
Herodem ad Magnum, regem alienigenam:
Qui sceptrum rapiendo regni Iudæ,
Sustulit ex eius stemmate progenitos,

Inprimisq;

Inprimisq3 Synedrij Senatum:
Cuî Rex & Myſtes ſubſtituendus adeſt
Chriſtus, *munere utroq3 ſempiternus,*
Dum toto hi ſuperent ſemper in Orbe, Pijs.
Fide, virgo Maria *poſt & ante*
Partum, per flatum ſit gravidata ſacrum.
Rei Gabriel huius è ſupernis
Nuntius eſt fortis, quin quoq3 veridicus.
Cognata unde ſui hanc vocat parentem
Meßiæ, alvo infans cuî ſuus exiliat:
Fœtam fœta anus unde perbeatam
Virginem ait, Genio, ac his quia crediderit,
Quæ dixêre ſacri futura Vates,
Eventuraq3 ei, quæ canit Elizabeth.
Fide, ſomnia per quietis altæ
Oraclo monitus Ioſeph, id exequitur
Sumptis, Matre, Puello & eius infert
AEgypto hos: ſiſtit poſtea Nazarethæ.
Fide, Bethlæ adeunt caſam, ac in ipſâ
Chriſtum *paſtores inveniunt genitum,*
Vocisq3 Angelicæ ſonos, Mariæ,
Tum reliquis, vulgant, & ſibi viſa, ſonant.
Fide, munera terna tres Magorum
Chriſto *oblata, ferũt Myſtæ, homini, atq3 Duci:*
Quem iuſtus Simeon ſuas in ulnas,
Oblatum Templo, ſumit, & ore vehit,

Mulcetq3

Mulcetq́ hymnisonmelo susurri:
Hinc ut pace obitûs, lætior astra petat.
Fide Iairus *obtinet salutem*
Filiolæ: famulo deniq́ Centurio:
A Christi *ethnicus ore prædicatus,*
Quòd nec in Israel sit tanta reperta fides.
Fide ambit bene Magdalena Iesum,
Flensq́ ab eo haurit: abi iustificata domum.
Fides te tua namq́ sospitavit:
Multus amor junxit te mihi, meq́ tibi.
Credendo, Cananæa mater audit
A Christo, *ô mulier, magna tua illa fides*
Gnatam restituit tuam saluti:
Sit tibi, quod poscis: læta revise domum.
Fide ardet Petrus, atq́ confitetur
Esse Dei *sobolem* Christum, *ab eo id referens:*
Cœlestis genitor meus revelans,
Non caro, non sanguis, nosse dat illa tibi.
Fidelis paralyticus levatur,
Sed recipit visum cœcus uterq́ datum.
Cœco, respicè, fautor almus inquit:
Te tua servatum vultq́ facitq́ fides.
Credunt millia terna concioni,
Christiadûm cœtûs reddita membra, Petri.
Fidus est Stephanus diaconatu,
Christicolis princeps deniq́ martyrio.

Fidens

Fidens ille Spado, audit à Philippo
Christum, *& in ipsius nomine lotus, ovat:*
En Cornelius à Petro docetur,
Christigenam, sacro tinctus in amne, fidem,
Fitq́ illustre suæ & domesticorum
Exemplar meritis conspicuæ fidei:
Cuius Antiochia magna gustu,
Nomine Christigeno prima vocata, sapit.
Paulum audire homo Consularis optat
Sergius: *id frustra sed prohibente Mago,*
A Doctoreq́, visibus reducto
Primis, Christiadûm sumit uterq́ fidem.
Circumcisio, primâ Apostolorum
In Synodo, cedit Christigenæ Fidei.
Fidem claudus habet, stipem petendo
A Petro at erigitur nomine, Christe, *tuo.*
Fide, Thessala, Berrheam, atq́ Athenas
Multis cum reliquis gentibus orbe vago,
Paulus Doctor, Apostolusq́ earum
Proprius, has subigit, Christe *benigne, tibi.*
Cuius nomine cuilibet fideli
Crimina laxantur, sors quoq́ sancta datur,
Ad lucem vel apertio tuendam,
Liber & egressus de pedicis Satanæ.
Paule, in gente Quiritium fideli
Commendas, passum quæ celebrata, fidem:

E qua iuſtificatio renatis
Per Baptiſma ſacrum, pendeat in ſolidum.
E qua pax quoq; Conſcientiarum
Proveniat Verbo, pollicitiſvé Dei.
Apud quem reputatio ulla gentis
Nullius, at Fidei eſt iuſtificantis honos:
AEquè propitium domûs Hebrææ
Stirpibus, ac fidis gentibus omnigenis,
Quas fiducia utraſq; Chriſti Iëſu:
Quas divina reas Gratia iuſtificat.
Dei *Evangelium parit Salutem*
Credenti cuivis ſexu in utroq; pio.
Virtutum baſis omnium Fides eſt:
Nulla ſit, in Verbo non ſtabilita Dei,
Illâ quod ſine ſit, reatus omne
Duntaxat cùm ſit, nil valet ante Deum.
Fides haud hominis venit ſophiâ,
Sed virtute Dei *cunctipotente datur.*
Fide iuſtificat ſuos fideles
Hebræos, Gentes inſuper, ipſe Deus.
Fide nos tueamur auram, Iëſum
Conſummatorem, ſive ſalutis Herum.
Is nam propoſitâ ſibi perenni
Lætitiâ, ſubijt mox probra morte crucis.
Fides Chriſtidos in Dei *faventis*
Iuſtitiâ, merito eſt, Chriſte, *renixa tuo.*

Tibi

Tibi cum Patre, Spirituq; sancto
Vni, sit perpes gloria, lausq; Deo.

IV. PRO SPE FIRMA.

Laudetur Deus *& pater,*
Iesu Christe, *tuus, Christiadûm quoq;*
Quos iuxta sibi gratiam
Ingentem, genuit rursùs & extulit
In spem vivificam sui
Ad vitam reditu de nece, filij,
Hæres ut stet adoptio,
Incorruptibili sorte, fidelium,
Immarcessibilis simul
Palma, ex flore comis inviolabili:
Quæ servata polo, his datur,
Credunt qui in Dominum *propitiabilem.*
Veræ notitiâ basis,
Hanc stipat pietas, Religio tenet
In spe perpetis unicâ
Vitæ, quam tribuet pollicitam Deus
Verax, & fidei tenax
Ante æterna cluens sæcula sæculi.
Spe salvi siquidem sumus:
Spes subiecta oculis, non ea spes erit,
Quod quis cernit enim probè,
Cur id speret, id aut expetat assequi?

Sin

Sin reinvisibili, tamen
Sperando, cupimus non dubiè frui,
Expectamus ea indies,
Speramusq; animi per tolerantiam.
Hunc, & non alium, quidem
Rerum constituit conditor ordinem,
Vt convivere quamdiù
Hîc nobis dabitur, non pateat salus:
Sed sit clausa velut sinu,
Ac obtecta sui pixide operculi:
Visuri hanc aliquando, ubi
His migraverimus de stationibus.
Namq; individua est comes
Ac germana suæ Spes Fidei soror.
Quid speretur enim benè
A Christi *populis, quod malè creditur?*
Spesq; hæc pollicitis Dei
Nitens, est adeò certa rei exitu,
Ac si præstita iam foret
Repromissa salus cuiq; fidelium.
Iova, *ipsissima veritas,*
Falli à nemine vult, fallere neminem.
Hinc æterne parens, tibi
Supplex per sobolem vota fero tuam;
Per Christum *mihi Principem*
Auctor qui solidæ maximus est spei.

Est

Est largitor item bonus
Totius bonitatis recreamine.
Imple nos ita gaudio
Omni, pace itidem pectoris intimi,
Per Spem, perq; potentiam
Flatûs mirificis auctibus incliti:
Vt Spe in Spem vehementiùs
Credentes, minimè hoc addubitârimus
Quòd promissio sit tua
Nullo fallibilis tempore q; & modo.
Hanc omni dubio sine,
Nobis applicitam, ferre fac ex Fide.
Quâ dimissio criminum
A Te sit soboli patre fidelium,
Qui verè statuant, tibi
Per Christum *placitos se fore filios,*
Expectando fideliter,
Spe certa & stabili per tolerantiam,
In vitæ alterius statu,
Mentis quæ fuerit vera redemtio,
Non appareat hîc licet,
Quæ sit vera salus, quæ basis ipsius,
Spem firmam nihilominùs,
Inconcussam itidem rettineamus; hæc
Damni mens ubi conscia,
Horrorem, & nimium terribilem metum,

Tot tantisq3 pavoribus
Permultùm icta, egeat plurimùm opis tuæ,
Illam non patiamur aut
Nobis insidias per Satanæ eripi,
Aut tentamine carnis, &
Mundi huius crucium tormine subrui:
Intenta usq3 sit in bona
Eventura, vel his abdita sensibus:
Spectando, illa beatior
Magni quando Dei visio gloriæ,
Salvatoris & unici
Iesu Christi, in humum venerit è polo:
Pro nobis Patri in hostiam
Qui se ipsum (pietas quæ? quis amor?) dedit.
AEterni patris unice
O fili, ô soboles cœlica Virginis,
Nos qui in tantum adamaveras
AEternumq3 bonâ Spe recreaveras,
Per summam tibi gratiam,
Consolare, guberna hæc quoq3 pectora
In sermone, opere in bono
Omni: cœpta bonis perfice frugibus:
Mens ne incerta vel hæsitet,
Inter Spem, atq3 metum vel sita fluctuet:
At fiducia gloriæ
Illi stet stabilis, firmaq3 iugiter,

Hanc

Hanc ut perpetuò ratam
Nostrum quisq3 tenens ac retinens piè,
Tam præstet studium tibi
Gratum, quàm studij servitium pij:
Ad certæ cumulum Spei
Ne imbelles animo simus, at æmuli,
Sequaces quoq3 militum,
Quos magnam Fidei per patientiam
Repromissio perficit
Hæredes fieri cœlicæ adoreæ,
AEterno tibi nos Deo
Iunctos esse sinas: postmodò proximos;
Hinc ut possideamus id,
Quod nunc percipimus spe, Ipse quod es, bonum.
Adsis, omnipotens Iova,
Nobis, ut medijs fluctibus eruti
Mundani maris, & mali,
Eluctemur ab hoc carcere corporis,
Iuxta velle tuum, moram
Qualemcunq3 tuæ sustinuisse opis
Assuescendo, peroptimè
Speremus, veniens quòd venies brevi,
Succurresq3 fidelibus
Rex servis operâ subsidij piâ:
Nostrum (namq3 fidelis es)
Ne desiderium cedat in irritum.

Frustrari

Fruſtrari id neq3 ſufferes,
Qui lactare aliquem Spe dubiâ haud ſoles;
Quantumvis aliquantulâ
Exercere morâ noſtram aveas fidem,
Noſtram Spem quoq3, per probam
Noſtræ multimodam militiæ & crucis.
Cùm noſtra eſt tribulatio
In præſente, gravi ſub cruce, ſæculo,
Spes de noſtra ſit altero;
Quod ni fiat, in hac valle peribimus.
Nondum gaudia vera ſunt
In re: infallibilis ſpes tamen hæc tenet.
Humani generis genus,
Scitote id validis proditionibus,
Sperantes quòd in unicum,
Confuſâ rubeant haud facie, Deum.
Hunc in vota piè vocans,
Reiectus fuit unquam quis, & obrutus?
Ergo fidite filij:
Inclamate Iovam, poſcitq3 hunc opem,
Quâ nos hoſtibus eruat,
Quâ vos reſpiciat ſub prece ſupplici.
Speravêre Patres, Here,
In te: Spes nec eis irrita concidit,
Clamavêreq3, ſoſpites
Facti, Speq3 ſuâ deciderant nihil.

Hinc sperans & ego Deum
In te, salvus ero, & liber ab hostibus.
Felix est, fueritq; homo
Qui Nomen Domini spem statuit suã,
Non insaniæ ei placet
Fallax, non etiam frivola vanitas.
Cur nunc, mens mea, tristis es?
Cur turbare? gravi cur trepidas metu?
Spiras donec adhuc, bene
Spera, & fide Dei munificentiâ.
Quâ noster genitor pius,
Isti propitius rex quoq; vultui est.
Illi pangere gratias
Conservatus ego, nullibi desinam.
Credam me Domini bona
Visurum superis in regionibus.
Perpes vita ubi degitur,
AEvo cœlitum ubi perpete vivitur.
Expecta ergo viriliter,
Ac suffer Dominum pectore masculo:
Est sperantibus in eum bonus.
Elargire Deus, da quoq; gratiam:
Vt Spem hanc omnis habens pius,
Purget sese, uti tu purus es & manes:
Christo in principe cœlitum.
Nostro rege itidem sæcla per omnia.

V. EXEM-

V. EXEMPLORVM SPEI seu Confidentiæ.

SPes Fidei soror & comes indivisa, basisq3
Firmissima æternæ salutis anchorâ,
Eventura tenet, promissaq3 sperat, habetq3
Potentiâ actûs insecuturi citò.
Vritur hac vitâ damnis, crucibusq3 molestis:
Sed alterius suspirat ævi gaudia.
His fruitura brevi post tot, tantosq3 labores,
Ac sortis & mortis dolores anxios,
Aspiratq3 eadem vitæ venientis honorem,
Adoreamq3 sempiternam cœlitum.
Quomodo Spem contra Abrahamus speravit, & idê
Promissionis spem ratam assecutus est.
Spe nixus Moses, regem Pharaona retusum,
Miraculis facit stupendis cedere,
Cogit & Isacidas dimittere sacrificatum
Deo Israhelis vastitate in avâi.
Nec minùs hic idem Spe confirmatus in Iam,
Vincit feri tandem tribum Beniaminis.
Spe firmus certa duris Iob reddit amicis:
Sperabo adhuc, vel enecandus, in Deum.
Casta Susanna, necis falso damnata, malignæ
Absolvitur Dei patris clementi ope.
Exprobrat armato scutum, hastam, ensemq3 Goliæ
Spe, David inermis, & puer giganti ait;

Armis tu fretus, contra me tendis: at ipse
Hac stravero fundâ te, Dei *in ipse nomine.*
Regis adulterium David, Uriæq; necem atram
Nathan Propheta fervidè coarguit.
Confidens animi vates, Achabo infit Elias
Regi: haud ego turbam in Israhele suscito:
At tu divinæ desertor perfide Legis,
Tuiq; prava patris improbi domus.
Sic nolite loqui: sanctis sumus édita proles
Patribus, Tobias dixerat confratribus,
Ac expectamus vitam sine fine manentem,
Hisq; à Deo *dandam, in Fide q. haud hæsitat*
Invictæ Spei homo fuit is, qui id protulit: omne,
Quod possideo, accepi datum divinitùs.
Despicio hoc itidem: sacrâ pro Lege, vicissim
Maiora sperans me recepturum à Deo.
Exempla, ô fratres, proponite congrua vestræ
Crucis & Patientiæ prophetas Iehovæ.
Dicimus en illos, affirmamusq; beatos,
Quîs velle patiq; posse contulit Deus.
Audistis magnæ Iobi tolerantiæ amussim;
Finem Fidei, crucisq; novistis probè.
Non cædit quẽquã, ut perdat, supi clemẽtia patris
Fons, & miserationis indultu, basis:
Vnicus ille Spei *sit confidentis in ipsum,*
Confusionem nec ferentis, anchora.

Omnibus

Omnibus ille Pÿs utrâq3 in sorte, sit unus
Fidæ Spei expectatio,
Quæ nil fallibilis, teneat ventura; fruendo
His Christi Iësu *ex gratiâ.*

VI. PRO DILECCTIONE DEI & proximi.

O tu Christe Dei *patris*
Fili, ipsissima qui es, summaq3 Charitas,
In finem usq3 tuens nos, & amans, crimine ꝑditos,
Quâ nos diligis intimè,
Flagrantisq3 tui cordis amoribus,
Pro nobis subÿsti, in crucis arâ positus, necem,
Quâ sis vita fidelibus,
Ac spes certa Pÿs, vera redemtio,
Expectata salus perpetuis à cruciatibus:
Quâ tu exempla tuis dares
Invitantia: sit mutua charitas
Ipsos inter, alaturq3 favoris vehementiâ.
Tuq3 es quomodo mortuus
Pro nobis, ita nos accipiendo opes
Mũdi, has munificè suppeditemus quoq3 egentibus:
Quòd si quando necessitas,
Casus sive ferat, res vel id exigat,
Pro nostris animam non dubitemus dare fratribus.
Hoc ipsum siquidem sacræ

Deposcit Fidei nostra professio,
Discernią notâ Christicolas vis eâ ab Ethnicis.
Hinc vos esse meos scient
Cuncti discipulos, inquis, ad invicem
Si dilexeritis visceribus vosmet ab intimis.
Est, Dilectio, regula
Cunctorum moderans facta fidelium,
Ad quam hi summoperè constituăt singula, & exigant.
Quæ si defuerit, bona
Haud prosint vitio, donaą cætera:
Te posco per amorem patrium, perą fidem tuam,
Corda hæc urito frigida
Flatûs igne tui, & fervido amoribus
Affectû teneris, & superâ luce flagrantibus:
Verum ut te Deum *& unicum,*
Æterno pariter cum Patre & Halitu,
AEternâ, simul individuâ perpetim, in Vsiâ,
Regnantem super omnia,
Toto corde meo, è viribus integris,
Tota mente meâ perpetuò diligam & excolam,
Sermonemą tuum novi
Mandati recolam protinùs, ac sequar
Exemplarą mihi te statuam rebus in omnibus.
Et tu Nate Dei, *facis*
Ex ardore tui pectoris intimis,
Exemplisą præis nos in eâ re propioribus.

Vis,

Vis, Dilectio, quâ parens
AEternus sobolem te deamat suam,
Extet vel similis, vel parilis cœtibus in tuis.
Tu nos effigiem tibi
In talem, petimus, finge, refingeq́3:
Qualis nostra tuo lumine mens flammeq́3 excita,
AEterno Patre cum tuo
Nectatur simili lucis imagine:
Iusti notitiâ: dotibus, ac motibus optimis
In te, qui Patris es Dei
Splendor, fulget uti perpete gloriâ,
Necnon harmoniâ dulcisonis edita cantibus,
In nobis ita suscites
Fraternæ studium nobile gratiæ:
Quo cunctis habeatur ratio maxima proximi.
Compactis ut habetur in
Vno corpore membris, operantibus
In commune, sibi aut sollicitè compatientibus,
Ardenter quoq3 nos ita
Adiutemus opis non sine mutuæ, &
Fraternæ pietatis studio non inamabili.
Corda hæc quò bene firma sint,
Ac addicta tibi, sanctificataq́3:
Culpis cassa simul, tum vitijs exitialibus.
Hanc concedito gratiam,
Quâ dilectio iam nostra sit integra,

Quàm perfecta, ſuis partibus ad hæc ſolida undiq3,
Non moroſa tamen, neq3
Faſtu aſtuvé tumens, dedita non lucro,
Non fucata, moræq3 impatiens, fictaq3 munÿs.
Exoſi mala peſsimè,
Fac, ſimus faciles fratribus obſequi
Ac ſervire pÿs, Chriſtiadûm id poſcit amor pius:
Fac dilectio noſtra ſit
Conſtans, firma, ſuisq3 integra partibus:
Perfecta, haud ſimulata, abſq3 lucro, tũ ſine tædio.
Fac, ſimus patientiâ
Mites, munifici ſat, nihil invidi:
Inflatâ tumidi mente nihil, bilevé perciti:
In commune bonum impigri;
Damnis nil cupidi damna rependere:
Nil de iniuſtitiâ plaudere, quo ſtet bene Veritas.
Quamvis per tolerantiam
Sperare, aut etiam credere: mutuò
Inter nos itidẽ diligere haud linguâ, at ope & Fide;
Libertatis abuſibus
Haud in perniciem, aut ſcandala proximi,
Carnali aut ſtudio quamque licentiam,
Exemplové tuo hoſtibus,
Declaremus amoris ſtudium pÿ,
Pro diriſq3 precemur bene: penſando bonis mala.
Linquatur tibi ut ultio.

Et

Et vindicta, cùi hæc competit unico,
Tollens crimina Mundi, Agne Dei, *tolle piacu-*
Omnis vociferatio (la hæc.
Cesset nequities, iraq3 desinat,
Necnon omnis amari macies & maledictio.
Nam qui diligit haud sibi
Visum fratrem, amat invisibilem haud Deũ,
Ast in morte manens, vera nihil iactat, & expetit.
Nobis ergo, parens Deus,
Elargire tuis id quoq3 liberis,
Ad vitam ex nece quos perpetuam transtuleris tibi.
Concordes ut in omnibus
Nos coniungat amor mutuus, haudq3 sit
Fratres inter amaror graviter rancidus ac olens:
Lis hîc livida & æmula
Cesset, sed potius crimina cæteris
Mittat: gratia fratrum loca earum magis occu-
His ut debita pectore (pet.
Donemus facili, quomodo tu facis
Nobis. ne super iram ullius hic Sol novus occidat:
Nêu sint regna calumniæ
In mites, moderatos quoq3: leniter
At sincerus amor nectat eis vincula ahenea.
His impletio finibus
Legis, sive statuti haud fit inefficax
Ingens nostra fides, quam stabilit maxima charitas,

Quæ tu es, quæ tibi glutinat
Fidentes: in eâ qui manet, in Deo
Te nostro emanet: ipse in eo tu quoq; permanes,
A te, conditor optime,
Res ut possit eum nulla revellere,
Iesu *in Rege* Deo, *cœlituumq; ac hominũ Duce:*
Quo cum Patreq; & Halitu
Sacro, Ias *superas, vivus & unicus*
Divinâ in Monade, ac in Triade unâ õne ꝑ ævũ. Amẽ.

VII. PRO IISDEM.

Nosse Deũ, *redamareq; eũ, ac reverẽter habere,*
Est cultus inprimis ei gratus, itemq; ratus.
Quo recoli semper Plastes à plasmate poscit,
Ingratitudinis notam ni subijsse velit.
Agnitione sui nimirum, & amore fideli
Vult invocari, vult coli tempus in omne Deus.
Se velut in Verbo, & Nato patefecit in Orbem
Misso, & sacrato Spiritu, sedibus è superis.
Sum clemens, inquit, multis in millibus Ias
Qui me timendo, diligunt, qui mea iussa colunt.
Ex toto Dominũ *redamabis corde,* Deumq;:
Ex mente totâ, viribus deniq; cunctimodis,
Sensibus insuper ex utrisq;, Statuta secundum
Legis Dei: *amicus proximo non secus, atq; tibi.*
Sic Abraham *magno succensus amore, petebæt*
Deũ, *ob pios decẽ, incolis parceret ut Sodomæ:*

Sic

Sic Moſes: culpis aut horum parcito clemens,
Aut è libro vitæ meum radito nomen, ait,
Optans, in caſtris omnes ſimul eſſe prophetas,
Servare commiſſum ſuæ vult fidei populum.
Sic Ioſue, *morti vicinus, & ante ſupremi*
Agonis horulam, ſuos admonet officij:
Fortes eſte, iubens, id ſolliciti eſte vel unum,
Cuſtodiatis ut piè ſingula ſcita Dei,
Quæ Lex Moſis habet conſcripta volumine ſacro:
Amate veſtrum Iehovã *corde animoq; pio.*
Sic David *Saulem plangit lugubriter hoſtem,*
Ionathamq; dilectiſſimum poſt obitûs abitum.
Sic fato functos, ſolitus ſepelire Tobias
Clàm: vivus amare mortuos tunc neq; deſierat.
Sic Chriſti exẽplo, Stephanº veniam impetrat hoſti,
A quo obrutus ſaxis, cadit, Protoq; martyr obit.
Hæc quoq; nos ſtimulent exempla, Dei *agnitione*
Chriſtiq; *amore & pximi, ſimus ut unanimes*
Chriſtigenamq; Fidem ſincero corde profeſſi,
Fiamus ut olim cœlites, cœlitibusvé pares,
Gratuitoq; Dei, *Patris, Auræ, Progeniei,*
Dono, aſſequamur Patriam, carnis ab exilio.

VIII. EXEMPLA eorundem.

Eſt Iehova *diligendus, qui benignè in millia*
His facit, quicunq; verè diligentem diligunt,
Et colunt, ac propter ipſum proximos amãt ſuos:

Iosue *quos diligendo, vult, ament* Deū *& colāt,*
Niq; fecerint, paternâ cum domo quod ipsemet
Cultor illi fiet ævi lætum ad exitum sui.
Rex David amator Iæ *perbenigni sontibus,*
Quos mali oīs pœniteret, cura quos boni angeret,
Diligens eum invocavit: Factus exemplar Pijs.
Petrus, à Christo *rogat⁹: nūq; d ipsū amet? refert*
Sic; te amē quòd, Ipse nôsti, testis optimus mihi,
Terq; idipsum sciscitāti reddit huic ternâ vice.
Paulus exclamando dixit: Separabit à Dei
Nos amore quis tyrannus? mucro qs tyrannicus?
Quæ fames sitisvē? quæ vis? corporis quæ nuditas?
Charitate *oravit Abrah, pSodommitis* Deum.
Maluit, Moses precatus, de libro vitæ eximi,
Quàm truci deletionem clade gentis cernere.
Ionatas Davidē *amavit plus, suū qùā corculū,*
Ipse Saulem planxit, hostem quālibet dirissimū:
Planxit Absolon rebellem, hoc factus exul, filiū.
Mortuos senex Tobias charitate maximâ,
Obiacentes in plateis Vrbe totâ, quæsijt,
Ac repertos nocte furvâ, conditorio intulit.
Protomartyr ille, Christi *motus exemplo ducis,*
Et flagrans ardore cordis gratiam Dei *suis.*
Impetravit & salutem cœlico à Rege, hostibus.
Hanc quoq; ut nos assequamur gratiæ dono illius,
Det parens æternus illud, Filius det ipsius:
Præstet Vtriusq; Flamē nūc & ōni sæclo. Amen.

DEI SAREPTAE In Vrbe Guttebergensi, à S. C. Maiest. tanquam Rege Boh: constitutis, & constituendis in posterum PRAEFECTIS, Monetæ, officinisq; Argentifodinarum, &c.

Ibidemq;

CONSISTORIO *Archidecanatûs, &c.*

Ac Iudici Cęsareo, Cos̄: Senatoribus, & Inspectoribus Scholarum, &c. divinam benedictionem in omnibus consilijs & negotijs exoptans, hoc metricum opus in DECALOGVM dd. & cons. sub voto tali:

VIve Sarepta Dei: *sub te Respublica crescat*
Christigeno in populo; vive Sarepta Dei.
Pauperibus Christi *semper nutritia membris*
Larga ades, id modò quâ parte vel arte queas,
Perge sed inprimis cœlestia quærere regna
Vt vitæ adjectis læta fruare bonis:
Perge Scholas, & Templa Scholis, Foraq; aucta tue-
Quorum sunt illæ frugibus ampla seges: (ri,
Ergo fovenda tibi, Christus *dum sustinet ipsam,*
Inq; tuos usus frugifer, amplificat,

Cum quibus, à Genijs ſupremi meſſa Dei
Falce, recondaris ſiderum in horreola.
Interea addictos omnes tibi mater alumnos
Provida, tum cuſtos fida, reconde ſinu.
Ac retine in diſciplina Domini, *atq; lupatis*
Conſtringe ex Tabulâ Legis Vtrâq; datis:
Vt tuo & illorum ſit in ore & corde fideli
Laus Chriſti *& Mundi fraus inopina trucis:*
Paucula ſufficiant in præſens hæc tibi dicta,
Pluſcula ſufficiet (ſic reor) iſte liber,
In quo monſtratur divinæ Legis amuſſis
Texta Odis, Theſibus, tum quoq; Hypotheſibus.
Vt conformis ei punctis ſit in omnibus æquè
Ad vitæ & morum non mediocre decus.
Illa ſed imbelli naturæ quod negat iſti:
Impletor Legis, Chriſtus *id omne replet.*
Omnibus ipſe Pijs hanc finit & abrogat unus:
In cunctis patri moriger uſq; Deo.
Cuî genus humanum, Rex, Myſtes, Imanuelq;
Reddit & his perpes iam Mediator adeſt.
Hoc ſine, nulla quies, pax nulla coiret utrinq;:
Mors Chriſti *& crux ſunt vitæ, ſalusq; Pijs.*

Thomas Mitis Scrib: & dab:
Pragâ Veteri circa ſolennitatem Penteco ſtes Chriſtianæ, An: ſal: 1587:

THOMAE MITIS LYM: Catecheſis Biblicæ,

ODARVM, THESIVM ET HYPOtheſium, Monodiæq; Bohemicolatinæ, Lib. III.

I. IN DOCTRINAM I. PRAEcepti, è Pſal: 81.

AVdi, *plebs mea* Iehovam *tuum* Me
Suadentem tibi, ſive conſulentem
Ex re quod fieret tuâ, ſecundum
Mentem ac corpus, & utriuſq; frugem.
Deaſter peregrinus haud ſit in te,
Numen fictitium colas nec unquam.
Iſrahel utinam libens ſtuderes
Obedire mihi tuo Iehovæ,
Servare vé meæ benignitatis,
Curando, monitus, & exequendo
Quâ par eſt, decet aut fidelitate.
Ego ſum Dominus tuus, DEVSq; :
Sum ductor tibi de ſolo Canopi
Siccum per maris alveum meanti,
Merſumq; hoc Pharaona conſpicanti,
Et ſub monte Sinâ dator ſeveræ
Legis voce gravis gravi tonitrûs,

Os

Os diduc modò latiore hiatu:
Tuam expone Mihi necessitatem,
Edam dona datæ tibi salutis,
Præstabo quoq3 liberalitatem:
Quin maiora etiam tuis petitis
Aut votis Ego *conferam benignè,*
Si fies Mihi tu obsequens vicissim,
Tuo nempe Deo, *patri, patrono.*
Refractaria prorsus Israhelis
Gens hæc, non mihi páret obsecuta,
Sed contraria semper, & molesta
Fideles monitus meos obaudit.
Hinc pœnas sibi cladiumq3 strages
Aggregârat & aggregat subindè:
Hinc laxo quasi divagata freno,
Errabundaq3 vivit arbitratu
Infelix proprio, in statûs molesti
Duræ & sortis acerbitate magnâ.
Si Me *gens mea non obaudÿsset,*
Israel si Mea amâsset instituta:
Impletor studiosus & probatus
Illorum, omnis itemq3 disciplinæ,
Communes Mihi, eiq3 censuissem
Hostes, quos Ego *perbrevi universos*
Plagis edomitos probè, fugâssem,
Fugatos mediové sustulissem.

A cul-

A cultoribus en Meis requiro
Ac exposco fidem datam mihi Iæ.
Omnes pœniteat sui reatûs,
Cura & tangat & angat hæc deinceps,
Quâ Me *in posteritate concelebrent*
Serâ propitiabilem Iehovam.

THESIS.

TImendus est, amandus est nobis Deus,
Plastes, Redemtor, & Sacrator omnium
Vtroq; sexu, ex natione qualibet
Fidentium illi, tum piè viventium.

HYPOTHESES SACRAE Scripturæ.

DEI *timoris atq; amoris efficax*
Virtus in his monstratur en sententijs.
Tentat Deus *vos, ut palàm sit omnibus* Deut.
Num toto eum ametis pectore. 13.
Qui nescière liberos suos, Dei 33.
Scientiam custodiunt.
Nolint alij: ast ego paternâ cum domo Ios. 24
Iovæ vacabo cultibus.
Qui diligunt Deum, *refulgebunt pares* Iudd.
In orbitâ Soli suâ. 5.
Carnale cũ hoste brachiũ est: nobis adest 2. Paral.
Heros Deusq; *præpotens.* 32.

Vitam

Vitam modò degimus molestã & pauperem, Tob.
Habebimus olim non malè, 4.
Si fecerimus metu Dei, *quod est bonum,*
Vitaverimus verò malum.
Perdit reprobos Iehova, *sospitat probos* Psal.
Cunctis adauctos commodis. 15.
Malignus est nihil Deum *ante, qui pios* Alit:
Mites q3 in alta subvehit.
Hi curribus fidant, equis q3: nos Dei 20.
Fidemus almo nomine.
Illuminatio & salus mea est Deus: 27.
Quem pertimeam mortalium?
Intenta sunt Dei *faventis lumina* 33.
Super timentes ipsius,
Nixos & in benignitate maximâ
Illius indulgentiæ.
Penuria haud est Iehovã *timentibus,* Psal.
Eumq3 diligentibus. 34.
Beata gens est, cuius altor Iehova 44.
Et sospitator permanet.
Oblivioni trade patriam domum: 45.
Rex te sibi sponsam expetit.
Bonum est mihi, Deo *patri confidere,* 73.
In hoc q3 Hero *spem figere.*
Salus propè est timentibus Deum *patrem,* 85.
Eumq3 diligentibus.

Præstat

Præstat Deo *rerum potenti fidere,* 111.
Quàm homini caduco & futili.
Est filialis in Deum *patrem timor* 112.
Sapientiæ primordium.
Auditionem non pavebit is malam, 118.
Cui spes Iova *extat unicus.*
Est auxilio mihi Deus, *qui singula* 121 &
In triplici orbe condidit. 124.
Quicunq; fidunt in Deum, *cêu mons Sion,* 125.
Immoti erunt per sæculum.
Beata gens est illa, quam curat Iova 144.
Perpes Dominator & pater.
Ex corde toto habe in Deum *fiduciam,* Prov.
Hunc cogita amatum, hunc somnia: 3.
Is diriget fideliter gressus tuos
In æquitatis orbitâ.
Est hîc Sapientia, est ubi Modestia 11.
Exilitatis conscia.
Esto die cunctâ in timore Numinis: 23.
Id spes tibi sit unica.
Mi gnate, secundum Iehovã, *Regem time:* 24.
Hic illius vices obit.
Qui sperat in Deum, *ille liberabitur* 29.
Angustijs ex omnibus.
Qui collocant omnem in Deo *fiduciam,* Sap.
Hi Veritatem intelligent. 3.

Numquid

Numquid securis tunsa gloriabitur Isa. *10.*
Adversus illum, qui secat?
Rex Zebbaoth nobis sit unicus, *17.*
Victoriarum sit dator
Deus *auctor est nostræ salutis, quâ piè* *26.*
Fidemus & exultabimus.
Paulisper expectabimus Deum *spei* Ib:
Nostræ: & salutis anchoram.
Ego Domin⁹ *prêndês manũ tibi tuam,* *42.*
Adiutor adsum; nil time.
Plastes Ego *augustissimus te pro mea* Ib:
Feci creatum gloriâ.
Iova *auxiliator est meus: per omnia* *50.*
Victor mala, confundar nihil.
Homo est beatus, qui Deo *fidens suo,* Ier. *11.*
Constanter in ipsum spem locat,
Confusio non est timentibus Deum Dan. *3.*
Remuneratorem pium.
Gentes deastris cum suis unà ruent: Mich. *5.*
Nostro in Deo *nos stabimus.*
Parens Ego *si sum, honos ubi est meus?* Malach.
Heri *in ministro ubi est metus?* *1.*
Liber monumenti scriptus est in cordibus *3.*
Deum *piè timentium.*
Sol Iustitiæ fulgebit exortu novo *4.*
Colentibus nomen Dei.

Non

Non multitudo exercitus victoriam 1. Mach.
Dat, sed Dei *potentia* 3.
Deum *timete, qui potest cum corpore* Matt.
Mentem Gehennâ perdere. 10.
Obediendū est plus Deo, *& Verbo* Dei, Actt.
Quàm gente mortali satis. 5.
Apud Deum *nullius est acceptio* Rom. 2.
Personæ, ut ordinis neq;.
Renes Ego *scrutor fibras q; pectorum* Apoc.
Penetro in abditissimas. 2.

EXEMPLA TIMORIS ATQ. amoris DEI, ex ipsius miraculis.

Est Iehova *in Esse simplex, Trin⁹ at hypostasi:*
Conditor rerum, Parens, Redemtor Filius
Gentis humanæ, Sacratorq; advocatusq; Halit⁹.
Cum Dei *timore amorem pectori pio ingerunt*
Facta ab illo præpotenter admodum miracula
In creatione Mundi, pòstmodùm undis perditi:
At Noah servati in Arca, cum suis septem, hospite.
Hinc Babel turrim extruentûm, mira fit cōfusio
Linguæ, & ad terras remotas invicem dispersio.
In senecta iam parentum, mirus Isac nascitur:
Post & à patre immolandus, liberatur cœlitùs,
Victimā parente summo providente in vepribus.
Mira per Mosen atq; Aronem Regis in conspectibus

Gessit

Gessit & fecit Pharonis, clade quem primogenũ
Denâ, ad extremũ mari rubro, Israhel salvo, ob-
Hunc die, nubis colũnâ, nocte at ignis prævij (ruit.
Texit, ac in vasta eremo, pavit annos protimus
Per quater denos, amictûs omnis abs dispendio.
Mirũ id horrendũq; valde est, in tumultu qp Choræ
Murmurantibus debiscit terra: ab igne cœlico
Quòd duo absumũtur, Aræ thus cremãdo, ad cor-
Quod colubri aspectus æneî servet à serpẽtib⁹ (nua:
Ad necem ictos, atq; vitæ restitutos pristinæ
In typũ Christi *in crucẽ acti, sospitaret ut pios.*
Insuper mirabile hoc fit, quòd nequit vates Balam
(Huîc asella dũ locuta est ense mactãdo Angeli)
Agmen Israel execrari, fausta prædicens ei.
Transit idem mirè Iãrden, Ierichusq; mœnia
Vertit ad sonos tubarum, transeundo septies:
Iosue ad precem, stetit Sol per diem longissimũ,
Donec enecasset omnes Gabbaonis copias.
Madian, concussionem per lagenarum & faces
Gideoni victus, enses vertit in sese, & suos.
Arca Iehovæ *retentu per Philistæos sui*
Plurima ipsis, miraq; infert damna, tũ ludibria
Dagoni deastro eorum per ruinam: ani luem.
Ionatas turbat Philistæ castra cum suo armgero,
Admodum miraculosa Iehovæ *victoriâ,*
Quam dat ei ex hoste fracto, seũ fugato fortiter.

Sic

Sic David miraculosè Goliam fundâ quatit,
Sic caput detruncat ejus corpori, giganteo
Enſe, quem dicat Iehovæ: liberator Patriæ.
Sic manus Regis parantis Sacra, miro aret modo,
Scinditurq; Altare, viſu plebis admirabili,
Ex Sacerdotis ſupremi Zelo, & ægrimoniâ.
Sic Elias orat, ac tres cœlo in annos æneo,
Terra ſemper aret, omni deſtituta germine:
Rurſus exorans ſolo ĩbres, corvo ab atro paſcitur:
Pallio ſcindens Iarden, tranſit humido haud pede:
Cum ſuo ſodale Elizâ vix ſubit ripam alteram,
Flammeâ poſtquã quadrigâ raptus infertur polo:
Antè quingentos Baalis ſtrage myſtas enecans,
Impetransq; exuſtionem victimæ, aræq; humidæ,
Quinquagintaq; igne tollens cœlico viros Achab,
Pallium & linquens Elizæ contubernali ſuo:
Is quoq; hoc findens Iardè reſtuũ ad fontis caput,
In Lecyto ſuccum olivæ pauculum multiplicat.
A Deo hic exorat idem filium hoſpitæ datum
Ac eum reſuſcitatum à morte matri dat ſuæ:
Filijs vatum reſperſas farre, dulcorat dapes.
Allevat leprâ Naaman, abſq; non miraculo:
Deniq;, abſens ſive præſens, mira noſcit & facit
Igneos currus Gezaum cernere: excæcat Syros.
Mortuum diu cadaver vatis oſſa ſuſcitant.
Percutit miraculosè caſtra Sennachrib Deus:

Sol

Sol retrocedit ſtupendè lineas per quindecim
Horlogi Achas, ad precatus Regis Iskiæ pij.
Ioſaphat piè profuſâ, ſternit Ammonem, prece.
Sic Iōanas ventre ceti liberatus, exilit.
Sic ephœbi tres camino liberi igneo exeunt,
Nil ab hoc in veſte læſi, vultibusvé propriis:
Sic necantur victa centum millia à ſex millibus.
Concipit miraculosè Prodromum Iohannem anus
Mater, ac effœta ob annos, partuiq3 inutilis:
Edit en muto parenti maximum è mortalibus.
Quid magis mirabile iſthoc? Virgo quàm q3 integra,
Proferens Imanuelem Flaminis per ſacri opus,
Sideris novi Magos tres ſpectat adductos ei.
Chriſtᵘ undē in vina vertit nuptijs, Cana, in tuis,
Et marito orbæ, potenter filium reſuſcitat,
Lazarumq3 fœtidū iam, de ſepulchreto evocat.
Is leproſos ſanat idem, cœculosq3 illuminat,
Dæmone obſeſſos reſolvit, febre correptos levat,
Parlyſim, hydropemq3 curat voce, et aridā manū.
Sanat ægrotum per annos ter decem, tū bis quater,
Feminā erigit recurvā, Paulū et ex lupo, hoſteq3,
Ad Fidē vertit ſtupendè, Chriſtianisq3 aggregat.
Nec caret miraculo illud, quòd Petrus cuſtodiā
Militū exit, quodq3 Paulū vipera haud iterſicit.
Chriſtus edit mira per ſe, tum ſuos Apoſtolos.

Odio

Odio DEI tumet nimis superbia,
Suo tamen fastuq; & astu perditur.

Aqualiculo crassus, tumensq; abdomine Deut.
Fastus Deo *recalcitrat.* 31.

Ex ore vestro antiqua tollite illicò, 1. Sam. 2.
Ac effugate crimina.

Vanos sequi deos cavete plurimùm: 12.
Ipsissima enim sunt vanitas.

Superbia ac mens insolens exordium Tob. 4.
Est perditionis extimæ.

Fons, metaq; totius mali, Idolatria Sapi. 8
Est præcavenda singulis.

Mentem malè conscium nequibit ingredi Ib.
Dei *Sophia altissimi.*

Hypocritæ fiducia instar textilis Iob 10.
Aranearum telæ habet.

In fine perdetur tumor Superbiæ, 20.
Cêu sterquilinij fimus.

Si divitiæ affluunt, eis apponere Psal. 61
Cor occupatum parcite.

Deum *ore dilexêre vano, cor tamen* 78.
Habuêre ab illo dissitum.

Simulachricolis confusio sit omnibus, 95.
Retrorsùm ut acti corruant.

Qui consilium non sustinent Dei, *suâ* 106.
Hi subruantur practicâ,

Nec Principibus, nec filijs mortalium, 146.
Deo *sed uni fidite.*
Nunquam tuâ nitare vel prudentiâ, Prou 3.
Opumvé grandi copiâ.
Superba protervitas ubi regna obtinet, 11.
Ibi contumax rebellio est.
Affligitur damno, fidem quicunq; dat, Ib.
Spondetvé pro viro extero.
Domini *in timore, spes erit fiduciæ* 14.
Omnisq; fortitudinis.
Attritionem tam præit superbia, 16.
Quàm subsequitur destructio.
Omnis superbus, omnis arrogans homo Ib.
Abominabilis Deo *est.*
Suam ante ruinam, spiritus Superbiæ Ib.
Furenter exaltabitur.
Mortale pectus, antequam sit territum, 17.
Fastu superbit perdito.
Exsiccat ossium medullas ægra mens, Ib.
Carpitq; succum corporis.
Vtrâq; vesanus manu plaudens salit, Ib.
Cum pro altero spoponderit.
Sophia nulla est, nulla consultatio 21.
Prudentiæ adversus Deum.
Noli esse cuiusquam vades pro debitis, 22.
Ne noxa te prædem opprimat.

Vermis

Vermis velut ligno nocet teredine: 50
Sic ægritudo pectori. 25.
Pro panis atri frusto, iniquus agnitam 28.
Sibi veritatem pernegat.
Quicunq; hominem timet caducũ & improbũ, 29.
Casu subitaneo ruet.
Vmbræ instar, omnes præteribunt impij, Eccles.
Deo *perosi plurimùm.* 8.
Profecto obædiunt pecuniæ omnia 10.
Sub orbe lunari sita:
Pecuniâ passim parantur singula, Aliter.
Terrisq; ei in his morem gerunt.
Fons & caput lapsûs, maliq; totius, Syr 10.
Superbia est mortalibus.
Desertio Dei *parentis perfida* Ib.
Origo fit Superbiæ.
Omnis superbus, insolens, ac futilis, Esa. 2.
Contemptor item, enervabitur.
Sublimitas mortalium incurvabitur. Ib.
Et tota peribit funditùs.
Virûm altitudo deprimetur improba: Ib.
Deus *sed exaltabitur:*
Pergetis esse si Iehovæ *increduli,* 7.
Nequibitis subsistere.
Quæ proloquitur gens stulta stultis vocibus, 8.
Sunt factionis semina.

Superbia fortitudinem viri atterit; 16.
Aut esse nullam, detegit.
Incredulus Deo, *est in ipsum perfidus,* 21.
In proximumq; injurius
Qui spem reponunt in caducis, aut equis, 31.
Non est Deo *in Israel, his salus.*
Nulli meam communicabo gloriam, 42.
Transferri in ullum nec sinam.
Sapientiam deceptus est sons per suam, 37.
Multiplicemq; practicam.
Odi, nec approbo rapinam, ait Iova,
Neq; sumo holocaustum hinc Mî datum.
Me dereliquerunt perennis fontem aquæ: Ier. 2.
Hausêre lacunas fossiles. & 7.
In fratre suo nullus locet fiduciam; 5.
Inanis hæc spes decipit.
Fidens homuncione, ponens brachium 17.
In carne sibi, execrabilis.
Argentum & aurum abominationibus Ezech.
Pollutum, erit prædæ hostibus. 7.
Bacillus ex arundineto propriâ 29.
Infirmitate frangitur.
Non glorificâsti, Rex Deũ, qui te, & tua Dan.
Quæ vis habet in manu suâ. 4.
Oblitus Israel conditoris proprij, Ose. 8.
Fossas cavabit mœnium.

Iuxta

Iuxta uberem terram redundavit scelus, 10.
Et sculptile idolatricum.
Altaria Idolorum *agri sulcos super,* 12.
Stant conditi velut typi.
Saturi elevârunt cor tumens, plastæ sui
Oblivione non sine.
Munitiones quas facis, ficus quasi Naum.
In os edentis decident. 4.
Increduli perversa mens, pacatior Abac. 2.
Ex semet ipsâ, nunquam erit.
Aurum nequibit liberare perditos Soph 1.
Magnâ Dei *ab irâ Zebbaoth.*
Thesaurus est ubi reconditus, cor hîc, Matt. 6.
Cœno veluti pes, hæsitat.
Altum quod est mortalibus vanissimis, Luc. 16.
Id est Deo *abiectissimum.*

EXEMPLA punitæ Superbiæ.

Angelus lucis perosus Filium Excelsissimi
Propter incarnationis sustinendæ copulam,
Perditur livore, cœlis sed Superbiâ excidit,
Horto Eden primi parentes exiguntur à Cherub
Flammeo ense, contumaces in Deū *proteruiâ:*
Illius iussis rebelles, quando párent dæmoni.
Conditor Monarchiarum principis, Nimrod ferus,
Sævus & Dei *in ministros, viribus suis ruit:*
Soddomæ superno ab igni deflagrantes, occidunt.

In salis conversa cippum, stat procax uxor Lothi,
Serva Agar petulca herili pellitur foras domo,
Sed Saræ supplex, vicissim servitute obstringitur.
Nadabius necnon Abihus Iehovæ contrarij,
Immolantes igne sacro, concidunt à cœlico.
Scurra Nabal factiosus morte festinâ perit.
Subditos David recensens gloriâ Rex vanidâ,
Peste maximâ cadentes spectat invitus nimis,
Sese & offert ultioni dix, at exorabili.
Rabsaces blasphemus Israel in Deumq; & Hiskiæ
Ipsius prece atq; vatis, maximo cum exercitu,
Cæde maximâ bis ictus, cæditur per Angelum.
Nabuchadnezar superbus Rex, & in Monarchia,
Maximus Regum, Secundâ: factus exul postmodũ
Bellua evagatur agris, more victitat bovis.
Arrogans & ebriosus, Dux at Assyrî inclitus
Regis Holsernes, cadendo Iudithæ per dexterã,
Proprij sed ensis ictu, perdit insanum caput.
Trux Hamanus, ac Hebræi pestis & fraus nominis,
Quem Gabalũ Mardochæo figit, hoc suspenditur
Ipse, cum decem, vice unâ, liberis & conjuge.
Magnus Antiocchus auro Templa sacrato exuens
Nocte, concursu incolarũ facto, ab his occiditur.
Quæstor, Heldorus, Seleuci, fustuarium subit.
Epphanes, sed Eppmanes rectiùs vocabitur,
Cogitans excisionem, moliensq; Vrbis sacræ

Curru

Curru ab aurigâ evolutus, verme fœdo absumitur.
Lysiam, Nicanora adde his. & Tryphonẽ, & Gorgiã,
Cæterosq; qui superbè perfidi hostes, ac truces
In Dei gentem luerunt morte pœnas horridâ:
Adde item Herodum ruinas (propter Innocentium
Et Iohan, Iacobq; cædem, vincla Petri deniq;)
Quos superbia & tyrannis sæva fractos perdidit.
Rex, Naas, Ammonitarum, per Superbiam movens
Arma Sauli, tum Iabitas obsidens, ludibrium
Esse vult, à Saule spreto sed fugatus, cæditur:
Qui tamen bonus vel uno vix manet biennio:
A Deo reiectus, ut qui non sit illi moriger:
Vnde desperans, peremit se vel ense proprio,
Quomodo & Doeg, minister Saulicæ tyrannidis
In Sacerdotes Nolanæ civitatis, & domos
Vniversas: ipsus exspes, stirpe cum tota interit.
Horridum ac immane monstrũ, seũ Philistæus gigas,
Concidit fundâ, Golias insolens, Davidicâ
Ense truncatus suo, extat singulis ostentui.

Hic Antichristus proprijs coloribus,
Notisq; nativis probè depingitur.

In consilij partem nocentûm haud venero, Gen.
Cœtus reorum gloriâ. 49.
In Antichristi sensibus, non est Iova, Psal. 10.
Malam inquinati per viam.

Os ejus execratione diffluit Ib:
In felle amaritudinis,
Linguâ quidem sub ipsius labor, dolus,
Dolorq3 semper delitent.
Dum reprobus superbit improbè, pati Ib.
Prædura pauper cogitur.
In corde suo dicit; movebor haud loco: Ib.
Inconmodi nil sentiam.
Qualis leo speculatens, sic è loco Ib.
Trux insidiatur abdito:
Vt pauperem prosternat, & stratum enecet
Per fortitudinem suam.
Effunde, Deus, bilem tuam super malos: 63.
Deserta sit ipsorum domus.
Silvestris aper vineta vastat Iehovæ, 80.
Frangitq3 torcularia.
Affligit impius pium, quem destinet, 109.
Tradatvé letho, cassum ope.
Reo sit instar vestis, execratio, Ib.
Zonævé quâ præcingitur.
Qui talione redditâ plenissimè 138.
Tibi, Babel dirissima,
Alliserit duræ tuam prolem petræ,
Beatus erit ter & quater.
Non vescere unquam delicatulis cibis, 141.
Quos mensa gulosis sufficit.

Extermi-

Exterminemus iustum inutilem reo, Sap. 2.
Piacula ejus ne arguat.
Injustitiæ lex fortitudo nostra sit Ib.
In debiles & pauperes.
In ruderibus Babel quiescent bestiæ, Esa. 13.
Ac nidificabunt noctuæ.
Mendacium nostram esse spem confinximus: 29.
Illo cooperti stertimus.
Qui vasa Dei *portatis, haud attingite* 52.
Polluta, sed his absistite.
Babylona debellate telorum ictibus, Ier. 50.
Nec arietibus comparcite:
Peccavit in Deum: *ultionem sumite, &*
Huic talionem reddite.
Inventa es, & tuis prehensa viribus, 51.
Stultè Deum *quòd læseris.*
Plaudent poli & terræ super necem Babel, Ib.
Quam proferet Septentrio:
Curavimus Babel, sed omne pharmacum
Curationis respuit.
Consurget Antichristus in Christũ *ducẽ:* Dan.
Qui absq; manu illum conteret. 8.
Cultus Dei *vastans, abominatio* 9.
In AEde stabit illius.
Effæminatus en homo, nec excolens 12.
Iovam *Patrum, damnabitur.*

Deum Maozin Antichristus excolet Ib.
Vultu atq; gestu supplici:
Iovæ resistens, eloquetur grandia
Sibiq; pœnas attrahet.
Edom, Moabus, Ammon, at horum duces Ib.
Salvi, manum evadent Dei.
Extraneos mali deos desiderant, Ose. 3.
Plenos & uvarum cados.
Idola de mercedibus scorti sata, Mich. 1.
Adq; id reversa, corruent.
Teter Belial universus corruit: Naum 3.
Excisus est radicitùs
Fur est Iudas, & crumenas expilat: Ioan, 12.
Vili ære Magistri venditor.
Exite; separemini statim à Babel, 1. Cor. 6.
Immunda nec contingite.
Nolite cum impijs iugum vos ducere: Ib.
Christo, & Belial quæ æqualitas?
Peccator homo, gnatusq; matris perditus 2. Thes.
Fastuq; & astu turgidus, 2.
In æde divinâ sedendo, venditat
Sese, geritq; pro Deo.
Operationem erroris ac vertiginem Ib.
Mentis Deus *indit perfidis:*
Permittet idem ut crederent mendacio,
Quod veritatem spreverint.

Pandetur

Pandetur iniquus, quem ore spiritûs sui, Ib.
Clarâq; in adventus die,
Rex Christus Iësus *interemtum subruet*
Ad imaq; tradet tartara.
Omnis Dei *invocans parentis nomina:* 2. Tim.
Iniquitatem deserat. 2.
Polluta mens, & conscientia improbis Ib.
Ad opus bonum est inefficax.
Habent oculos adulterantes plurimùm, 2. Pet.
Delicti & incessabilis, 2.
Mentem vagam, cor atq; avarum & subdolũ, Ib.
Maledictionis filij.
Post carnem in immundâ lue, ambulant malè:
Nullos Magistratus ferunt.
Hi sunt sine aquâ fontes: rotatu turbines, 2. Pet.
Quibus negabitur salus. 2.
Inferre sanctis bella, bestiæ datum Apoc. 13.
Est, quæ duo habebat cornua
Ad instar Agni, proloquebatur tamen
Tanquam draco dirissimus,
Signando dexteras characteris notâ,
Frontesq; ministrantûm sibi.
Nunquam quieti sunt, qui adorant bestiam, 14.
Imaginem vel ipsius
Vidi sedentem fœminam acri in bestiâ, 17.
Plenamq; notis blasphemiæ.

Exi Babylone, plebs mea, haudq̃ participeps 18.
Exceſſuum ſis illius.
Vicem Babeli reddite, ipſa quomodo Ib.
Noſtris nocendo, fecerat:
Conduplicate facta eidem vulnera,
Et talionem reddite,
Illam ſuper exultate, ſancti & cœlites:
Vobis in hac vindex Iova eſt.
Laus gloria, virtus, vindici noſtro, Iovæ, 19.
Magnæ & meretricis Arbitro.

ODE IN ANTICHRISTVM.
Pſal. 10.

Dominator Deus, *ut quid famulorum*
Gemitus deſpicis & diffugis altos,
Relevas nec tribulatos ubi res expoſcit & uſus?
Inopem quid ſine cauſa fugis omni?
Sceleratus premit hunc elatus & amens:
Vtinam conſilijs in proprijs decipiatur.
Siquidem laudat iniquus ſibi grata,
Cupit & quod maleſuado gula ventri:
Is avarus benedicens ſibi, blaſphemus it in te.
Maleſanus tumet idem quoq; faſtu;
Nihil eſt, quod ſibi non arroget aſtu:
Sacra miſcendo profanis, reus at ſacrilegusq̃,
Ita ſecum reputat qualibet horâ:

Deus

Deus humana nihil curat, iniquis
Sua, justis sua nec præmia reddet vel in ævum.
Tua decreta nihil perficit unquam:
Putat hostes ruituros, modò sufflet:
Adeò vir sceleratus sua confidit in arma.
Ait in corde suo sic: ego felix
Ero semper: mea mutabitur haud sors:
Mala nunquam capient me, quia florentẽ ago vitã.
Igitur verbere linguæ malefidus
Homo lædit, nocet insontibus at sons,
Vbi iniquus rabioso vomit ex ore venenum.
Sedet, ac insidiatur peregrinis,
Trivÿ compita trux occupat arcta:
Inopem clàm perimet, Tu nisi subveneris ipsi.
Oculo despicit alto miserorum
Lanienam, quibus instat, leo tanquam
Fame adactus, dolo & idem violentâ necat in vi.
Humilis retia tendit malè cautis,
Super omnes violento ruit ictu,
Melius quos inopinâ nece, rictu aut jugularet.
Malefactis sed in his talia jactat:
Tenet oblivio cœlos moderantem:
Nihil horum videt idem, nihil horum reputabit.
Deus exurgito tandem: sceleratos
Super extollito dextræ gravis ensem,
Pie tutorq; piorum miseratus, pater esto.

Quid enim te magis irritet Iniquus?
Stolido quid magis in pectore verset,
Quòd in ejus malefactis nihil offenderis ultor?
Ea nunc longanimis, sat scio, suffers,
Ea cernis: sed is idem nisi iam iam
Resipiscat, graviores sibi pœnas cumulabit.
Miser omnis tibi curæ est, ope cassus:
Viduas protegis, & patribus orbos:
Deus *excinde tyrannos, at opem confer egenis.*
Hominem siste malignum, peto, Iuri.
Sceleratus peragatur reus à te:
Latro, censore Deo, *stare nequibit reprobatus.*
Dominus *regna tenens omne per ævum*
Viget: ast vos reprobi dispereatis:
Sub eo Rege, potens Regibus hic imperitabit.
Here, *desiderium pauperis exples*
Famuli, gratificatus sed eidem
Tribuis, quod cupit, ultrò quoq; tu moriger adstas.
Abit impune nihil conscelcratis:
Inopi cedet atrox clade, tyrannus,
Cinis, & bulla Deo *ne moveat plus tibi bella.*

EXEMPLA ANTICHRIstianismi.

In Cataclysmo prioris Mundi ab undis subruti,
Sunt reservati octo tantùm Patre cũ suo Noah.
In novũ orbem prodeuntes sospite Arcâ, sospites:

In Sodommorum Vrbe fœdâ, nõ queunt justi decem
Inveniri ab Abrahamo vota fundente ad Deũ
Pro salute perditorum sulphure ignis cœlici,
Quòd caro omnis polluisset se, suamq; semitam
Maximæ corruptionis tam inquinationibus,
Plurimæ quàm læsionis perbenigni Iehovæ.
Abrahamus de Cetura, quàm Sarâ, plures tulit
Liberos: his Ismahelus vicit Isacum quoq;,
Parsq; maior fratrum, Iosephũ trucidare ãbijt.
Millia ad sexcenta, fortes, bellicosi seu viri
Exierunt liberati servitute AEgyptiâ: (nan:
Sed duo ingressi modò ex his regna adiverũt Ca-
Iosue & Caleb fuerunt fidi ad explorandum ea,
Factiosis Israhelem cæteris turbantibus,
Illa quòd colant gigantes his inexpugnabiles.
Deserens Davida Regem, subditorum factio
Maior Absoloni adhæsit factioso hosti patris,
Filius cuĩ debuisset moriger comparcere.
In diebus Vatum, Eliæ cum Micheâ, excreverant
Ad quadringentos virorum, seu sacerdotũ Baal,
Iesabel Achabq; magnis quos alebant sumtibus.
Iam, Tribus denæ colebant fertilem Samariam,
Deditæ Idolis, suorum parte maiori impijs:
At duæ tantum secutæ sunt Dei *cultum unici.*
Impiè gens omnis Israel abnegaverat Fidem
Iehovæ, *demtis Eliâ & millibus septẽ virũm.*

Tobias

Tobias in urbe Nini cultor Iæ unus fuit.
In Susis Hamanum adorans Aula & universa plebs,
Pro Deo *colebat ipsum terreo, at cultu impio;*
Mardochæus quod negans huic, præstitit Patrum
Iermiæ vatis diebus, gentis Hebrææ manus (Deo.
Arguit falsi Prophetã, quòd sit haud missus Dei
Mentis interpres: futurus pestis atra Patriæ.
Ergo maior pars popelli, cum thori consortibus
Sacra Reginæ polorum perlitabant hostijs,
Et placentulis paratis flore farris candidi.
Multi sunt enim vocati, pauci at electi tamen:
Lata plurimos via Orco mittit, arcta pauculos
Admodum reponit astris, culpam ob illorũ & luẽ.

THESIS II. PRAECEPTI.

TImendus est, amandus est cunctis Deus,
Per nomen ejus ne sit imprecatio,
Perjurium, incantatio, mendacium,
Fraus, falsitas, vis, diritas, injuria:
Sed illud invocetur in periculis
Et clade quavis ac necessitatibus,
Semper veneretur ac vehatur laudibus,
Et actione gratiarum debitâ.

HYPOTHESES.

Abusus IAE nominis perjurio,
Blasphemiâq; Numinis fit illius.

Insons

Insons Iehovæ *non erit, qui sumpserit* Exo. *20.*
Ad vana nomen illius.
Ne perfer incantantem apud teq́ & tuos *22.*
Vitam diu traducere.
Non ariolum, veneficam non susline Aliter.
Iniuriâ Iovæ *tui.*
Haud quærat ullus veritatem à mortuis, Deut.
Quam Lex, Prophetæq́ edocent. *16.*
Gentes profanæ consulunt vates suos Ib.
Et augures: at tu Dei
Verbo eruditus, hoc habe pro regula
Vitæ, & salutis casside.
Quicunq́ blasphemaverit nomen Dei, Leu.
Letho moriatur præpete, *24.*
Omnisq́ multitudò plebis protinùs
Hunc saxeo imbre adobruat.
Blasphemus in nomen sacrosanctum Dei, Alit.
Saxis adobrutus, cadat.
Quisquis maledixerit Deo *ex mortalibus,* Ib.
Peccati onus sui ferat.
Plebs hæc honorat Me labellis, cor tamen Esa *B9*
Longè remotum à Me gerit.
Plebis Magistratus die tota Meum *52.*
Nomen gravant blasphemiâ.
Perjurium fallax ne ametis: hoc enim Zach.
Detestor, ait verax Deus. *2.*

In

In nequâ homine est probro gravi mẽdaciũ, Syr.
Quod ore prodit illius. 20.
Est fur potior mendace crebro: hæreditant Ib.
Ambo tamen iram Iehovæ.
Iurationi haud suescat os tuum, neq; 23.
Deum *sibi testem dictitet.*
Iurans frequenter, noxiâ replebitur, Ib.
Et clade domo hærente in sua.
Christi *abnegator hoc in orbe terreo,* Matt.
Negabitur coram Angelis. 10.
Verus DEI usus nominis censebitur
In actione gratiarum & laudibus.
Postquam comederis, satur factus, Deo Deut.
Grates tuo altori, canas. 8.
Tristatus haud est Tobias contra Deum: Tob.
At egit ei grates pias. 2.
Omni benedic die Iehovam, *posceq;* 4.
Vt semitas regat tuas.
Cælanda sunt arcana Regis: sunt Dei 12.
Pandenda facta singulis.
In vota Deũ *vocabo consumentem opus* Psal.
Cunctum mei adversarij. 57.
Inops & egenus prædicabunt te, Deus, 74.
Tuumq; nomen evehent.
Cantabo in æternum Dei *clementiam* 89.
In Messia terris dato.

Canam

Canam Deo, *psallamq; donec vixero* 104.
In seculo hoc & altero.
Laudem immola gratam Deo: *dona ipsius* 107.
Gratus recense & prædica.
De testimonijs Dei *altis regibus* 119.
Loquebar imperterritus.
Omnis locorum ubiq;, Spiritus Deum 150.
Vehat sonoris cantibus.
Pro Iustitiâ certando, sustine mori, Syr. 4.
Deus *tibi ut hostes subjuget.*
Morbo in tuo poscens Deũ, *per pharmaca* 34.
Opem medici non neglige.
Annuncia quæ fecerit tibi Deus, Matt. 5.
Misertus apprimè tui.
Me, Christus *ait, quicunq; confitebitur* 10.
Coram miseris mortalibus,
Eum vicissim confitebor ipse ego
Meum ante patrem, in regno ipsius.
Psalmis & hymnis, spiritali tum melo, Gall. 3.
Læto ore, grato pectore,
Deum *universa Christianitas sonet,*
Natum, Parentem, Spiritum.

THESIS III. PRAECEPTI.

TImendus est amandus est nobis Deus:
Ne scita, seu jussa ipsius contemptui

Sint

Sint unquam, at æstimentur sacrosanctaq́,
Et digna, quæ discantur omni tempore,
Et audiantur & colantur unicè
Ab omnibus Dei *unici cultoribus.*

HYPOTHESES.

(tum
Est sanctificādū, haud polluēdū Sabba-
Per corporale op⁹ boū, ac mortalium.
Deus *sacravit septimum diem: hoc enim* Gen. 2.
Opere à suo quieverat.
Deo *sacrata est Sabbati quies: opus* Exo. 20.
Cras omne vobis sumite. & 31.
In sex diebus Manna colligi potest: Exo. 20.
In septimo sit Sabbatum,
Quo feriandum, quo vacandum est cultibus
Sacris Domino Iovæ Tuo
Servate Sabbatum Meum, mandat Deus: 31.
Vobis sacrosanctum id siet.
Custodiant celebre Sabbatum suâ Ib.
In stirpe, filij Israel.
Per sex operaberis dies, in septimo 34.
Parces aratro & messibus.
Ter annuatim quisq; mas Deo *Israhel* Ib.
Sistetur in domo sacrâ.
Hac Sabbatum die sacrum requiritur, Leu. 16.
Vt relligione perpeti.

Mentesq́,

Mentesq́ jugo vestras prematis, & Deum
Purè colatis unicum.
Mea Sabbata observate: sanctuarium 19. & 26.
Meum (Dominus sum ego) *pavescite.*
Serva diem quietis, ut sacres eam Deut. 5.
Cultu Iehovæ *debito*
Qui Sabbatum servaverint sacrum, Mei Esa. 55.
Cultu sacro, & Iovæ sui,
Custodierintq́ fœdus, his erit locus
In urbe Meâq́; *, & in domo.*
A Sabbato pedem Meo si haud verteris Esa. 58.
Sacroq́ die nil feceris,
Cibabo te, patrisq́ donabo Iâcob
Hæreditate pristinâ.
Si sanctificando ritè Sabbati diem Ier. 17.
In hac operis nil egeris,
Portas per hujus Vrbis augustissimæ
Reges vehentur & Duces.
Custodi animam, Israhel, tuam, nec Sabbato Ib.
Rei ullius sis bajulus.
Factũ est, hominũ quietis ergô, Sabbatum, Mar.
Propter quod homo non factus est. 2.
Qui polluerit Meũ, Iova ĩfit, Sabbatũ,
Is morte sublatus, cadet: (Exo. 30.
Mens ejus æternum peribit, eruta
Hinc de medio gentis suæ.

Qui

Qui luce sacra quodq3 opus peregerit, Ib.
Is emoriatur protinùs.
Obaudieritis si Deum *Me, septupli* Leu.
Plagâ, malis plectemini. 26.
Homo ligna colligens quietis in die, Num. 15.
Iussu lapidatur Iehovæ.
Non audieris si Me, *sacraveris neq3* Ier. 17.
Diem sacrosanctum Sabbati,
In Ierusalem portis, statim quo singula,
Ignem excitabo, deflagrent.
Deserta domus quia est Mea, & vos in domos
Vestras properatis admodum: Hag. 1.
Hinc est, super vos cœlicus cur non pluat
Ros, terraq3 germen haud ferat.
Quam rem facitis malam, profanando gravi Neh.
Pollutione Sabbatum? 13.
Læsêre vestri nonné sic patres Deum,
Iratus ut Vrbem hanc perderet?
Verbum Dei sacrum efficacitatis est,
Ac dignitatis maximæ lõgè omniũ.
Egressus est sermo à Deo, *non possumus* Gen.
Contrarij quid proloqui. 24.
Deus *loquebatur Moisi, cêu solet* Exo.
Amicus amico colloqui 33.
A posteriori Me *videbis, Moises:* Ib.
Sed non faciem cernes meam.

Tremiscite

Tremiſcite omnes ſanctuarium ad Meum: Leu.
Tonat Dominus *rerum potens.* 19.
Ponam in medio veſtri tabernaculum Meum, 26.
Nec abijciens vos deſeram
Non pane ſolo, verbo at omni, quod De⁹ Deut.
Profert, homo vitam trahit 5.
Sprevêre non te, qui Deo *Myſta es mihi:* 1. Sã.
Sed Me *patrem rerum omnium.* 8.
Sermo Domini *inſtar auri & argenti nitet,*
Purgati ab igne ſepties. Pſal. 12.
Gemmis & auro præferenda vox Dei *eſt,* 19.
Favoq; mellis dulcior.
Deus *ſuo eſt locutus è ſacrario.* 60.
Id lætus & attentè audiam
De fontibus Iſrahelis undam ſumite, 68.
Deoq; laudes promite.
Lætanter hoc exaudio, cùm dicitur 122.
Mihi: in Domini *domum ibimus.*
Meditabor in factis Dei *manûs, ea* 143.
Meo erunt voluptas pectori.
Sermo Dei *plenus poteſtatis, cùi* Eccl. 8.
Nemo queat reſiſtere.
Stimuli inſtar, & clavi, Sophiæ verba ſunt: 12.
Movent penetrantq; cor rude.
Ad Legem & omne teſtimonium ipſius Eſa. 8.
Divina vox quemq; obligat.

Cum

Cum gaudio haurietis & potabitis 12.
Ex fonte Redemtoris sacro.
Verbum Domini *manet perenne, quãlibet* 40.
Cœli solumq; transeant.
Dei *Sapientiæ perinscrutabilis* Ib.
Est nulla vestigatio.
Consulta suorum nunciorum Iehova Esa. 44.
Reapse complet præstita.
Ego Dominus Deus *tuus, Doctor tuus,* 48.
Adinstruo te, & protego
Vias statutorum Meorum insistite, Eze. 20.
Et iudiciorum semitas.
Enunciat Deus *suæ mortalibus* Amos
Legis statuta singulis. 4.
Mittam famem sitimq;, non cibi aut aquæ 8.
Sed, quod magis est, Verbi Mei.
Homo gradiens verbi secundum tramitem Mich.
Mei, bene habebit perpetim. 2.
Omnis fileat tellus, loquente Iehova. Haba.
Vultumq; tremiscat ipsius. 3.
Iniquè agens, impune non id auferet Machab.
Hoc, & futuro tempore. 4.
Quærenda primùm regna sunt cœlestia, Matt.
Vt adijciantur cætera. 6.
Qui fecerit patris voluntatem Dei, Mar. 3.
Christi *est parens, frater, soror.*

Verbum Dei audiens Maria, partem habet Bonam, & auferendam à nemine. Luc. 10.

Solomonis auditum Sophiam (maior Illo est) Hera Austri venerat. Hic 11.

Quàm lumina sunt beata, quæ vident, in hoc, Quæ vos videtis, tempore. 16.

Lex cum Prophetis atq; Psalmis, continent De Christo Iësu oracula. 24.

Qui Patris exijt sinu, mysteria Nobis revelat, Filius. Ioan. 1.

Oracla de Me sacra perscrutamini, Quod sim, hinc scietis, Messias. 5.

Quem sum locutus, sermo fiet arbiter Omnis mali in die ultimâ. 12.

Pronunciavit ore Vatum quomodo, Sic rebus implevit Deus. Actt. 3.

Nunc ecce nobis tempus acceptabile Adest, salutis & dies. 2. Cor. 6.

Verbum Dei à seclis reconditum fuit Mysterio mortalibus: Colos. 1.

Sed iam retectum est illius sanctis, quibus Opes suæ dat gloriæ.

Sanorum habens verborũ ubiq; formulã, Rectè seca verbum Dei. 2. Tim. 1.

Promissa dono præstitit Deus sua Vt maxima, sic certissima. 2. Pet. 2

Propheticum sermonem habemus cognitum, Ib.
Ac rectè tenendum firmiter
Tres in polo, terra, salo, dant singulis 1. Ioã. 5.
Fidele testimonium.
Adsit sitiens, gratis q3 sumat vitæ aquam, Apoc.
Sitim q3 restinguat pectoris. 22.

Hinc discè quãta sit pijs in mentibus.
Affectio ex Verbi DEI auditu pio.

Sedens Dei *ad pedes sui, auditor pius* Deut.
Doctrinam ab ipso percipit. 33.
Lex Iehovæ *purgata, mentes dirigit:* Psal. 19.
Sapientiam dat parvulis.
Cor recreat q3 illuminat q3 lumina:
Vtroq3 sensus innovat.
Virga & baculus pastoris ãlmi me piam 23.
Solata bidentem protegunt.
Intelligentiam dabo tibi, & viam 32.
Vitæ: te oculo regam Meo.
Inebriabuntur Tuæ ubertatibus 36.
AEdis: meri odoribus Tui,
In corde Iusti Lex dabit, ne cæspitet, 37.
Damnisvé fractum concidat.
Deus *dabit voci tuæ ut sit efficax,* 68.
Et fruge magna fertilis.
Virtute cunctâ sancti erunt spectabiles, 84.
Et moribus laudabiles.

Quæ

Quæ verba labris de Meis sunt édita,
Faxo illa ne sint irrita. 89.

Divina consolatio, doctrinaq́.
Multùm recreat mentem piam. 99.

AEgris sacrum misit Deus *verbum, ac eo* 107.
Sanavit illos integrè.

Lucerna verbi Iehovæ *spiraculum* Prov.
Est gentis humanæ sacrum. 10.

Sermo Dei *ignitum est pijs scutum omnibus:* 30.
Est umbo Spei fidelibus.

Non herba, non malagma, sed divina vox, Sap.
Et cura sanat morbidos. 16.

Antiquitatis cogitationibus, Esa. 25.
Deus *fidelis eminet.*

Matrum revulsos ubere, infantes suâ 28.
Deus *scientiâ imbuit,*

Iustus Iova *en iudex, adimplebit Fide* 33.
Suo Sionem tempore.

Pet orbitam, callemq́. sanctum fervidi 35.
Exorbitabunt nullibi.

Quod egreditur Meo ore verbum, non redit 55.
Ad Me *vacuum fructu suo.*

Orationis in domo Meæ pios 56.
Ego *recreatos muniam.*

Nunquam recedent verba de tùo hæc, tui
Nec corde & ore seminis.

Ego *super Meum excubabo verbum, uti* Ier. 1.
Adimpleatur protinùs
Hoc est bonum iter, sese quod insistentibus 6.
Feret quietem cœlicam.
Ignisq3 malleusq3 confringens petram, 23.
Sunt verba, nostri Iehovæ.
Quæcunq3 verbo proloquar Deus *Meo,* Eze. 12.
Reapse statim complebitur.
En Iudicium pandetur instar fluctuum, Amos
Torrentis instar, AEquitas. 5.
Iova *ex Sione rugiet sic, ut bene* Ioel. 3.
Quassetur æther, & solum.
Invaditur cœleste regnum vi modò Matt. 11.
Raptum violentas per manus.
Christi *genitrix verba gnato de suo* Luc. 2.
In cordis abdidit sinum.
Docente Iesu, *auctoritatis maximæ* 4.
Sermo fuit auditoribus.
Christum *audiens Maria, legit optimã* 10.
Partem, auferendam nec sibi.
Hi sunt beati, verba qui audiunt Dei, 11.
Ac mente piâ custodiunt.
Omnis populus gaudebat ex his omnibus, 13.
Quæcunq3 Iesus *fecerat.*
Qui sumserit haustum aquæ, Ipse quã do ei, Ioã.
Non is sitiet per sæcula, 4.

Sed

Sed hæc in ipso undæ perennis fons erit,
Qui vitam in æternam salit.
Operamini cibum manentem perpetim, 6.
AEvoq3 cibantem perpete.
Ego *quæ loquor sunt verba vivi spiritûs,* Ibi.
Quin imò vita ipsissima.
Vivus sum Ego, *cœlicusq3 panis: qui* Me *edit,*
Is vivet æternos dies. (Ib.
Est qui satus ex Deo, *eius is verbum indies* 8.
Secutus, audit & facit.
Sermo Dei *susceptus est alacriter* Act. 17.
Oracla vestigantibus.
Gignit Fidem auditus, sed is, quem parturit
Verbum Dei *perefficax.* (Rom. 10.
Divina scripta Tollerantiam docent, 12.
Solantur, & Spe muniunt.
Ex prædicatione mundo huic stultulâ, 1. Cor. 1.
Ias *fideles sospitat.*
Dei *Sophiam pandimus sub maximo* 2.
Absconditam mysterio.
Regnum Dei *sermone non in nuntij,* 4.
Virtute sacri at flatûs, situm est.
Vos parturio, dũ Christus *in vobis Fide* Gal.
Formetur & actu Flaminis. 4.
Assumite ensem Spiritûs Verbo ex Dei Ephes.
Precatione in supplici. 6.

Scriptura prodest edocendo simplices, 2. Tim.
Firmando, redarguendo item. 3.
Estis renati vivido verbo Dei, 1. Pet. 1.
Ac permanente in sæcula.
Divinus est sermo efficax ita, ense sit Hebr.
Vt ambidextro acutior. 4.
Superstitiosi, tum sequaces hæresum
Pinguntur istis affabrè sententijs.
Obœdientia est Deo, *libaminum* 1. Sam. 12.
Præ victimis, acceptior.
Holocausta numquid expetit magis Deus, Ib.
Piâ præ obœdientiâ?
Deo repugnare, est veneficum fore, 16.
Committere q. idolatriam.
Quæ fabricavisti Deus *potens, ea* Psal. 11.
Demoliuntur improbi:
Illic trepidaverunt pavore, ubi abfuit
In mente damni conscià.
Odi viæ omnes iniquorum malas 119.
Perversitatis actibus.
Non ambulavi cogitans & ambiens 131.
Maiora parvis viribus.
O dejciantur mox hiantes in petras, 141.
Qui falsa spargunt dogmata.
Iter sequuntur rectius, qui in lumine, Prov. 2.
Et non tenebris ambulant.

Numquid

Numquid requisivi manu è vestra malum, Esa. 1.
Quod pœna grandi haud pensitem?
Abiecit ista plebs aquas, in Siloe 8.
Quæ transeunt silentio
Viri dolis, illusione, vi graves 24.
Plebem dominantur in Meam.
Coluêre suis Me constitutionibus, Ib.
Cultuq; falsi dogmatis.
Interrogâstis non Meum os, Oraculum 30.
Nec consuluistis cœlicum.
Idola gentium sunt ipsa inanitas: 40.
Inanitate inanior.
Muti canes sunt, & latrare non volunt, 56.
Lupos ab ovili ut arceant.
Opus tuum est fabri manus: sed Me *nihil* 57.
Es scisscitatus Arbitrum.
Ipsi quoq; pastores carent Scientiâ, Ib.
Per quam bidentes instruant.
Spelunca latronum domus facta est mea, Ier. 7.
Infit Iehova *præpotens.*
Prophetia exiens prophetis à Salem 23.
Orbem peragravit vagum.
Quos Ipse *vates non solebam mittere,* Ib.
Hi sponte currebant suâ.
Missi à Domino *vates sacrati, non habent*
Pro visione somnia. Thren. 2.

Tui prophetæ haud ausa detegunt tua, Ib.
Vt pœniteat te criminum.
Vates tui, vulpes eremi quomodo, Eze. 13.
Scandunt ab adverso minùs.
Non est paries, non est, eundem qui linat 16.
Aut illitum fuco, arguat.
Pro pace, visioneq; istis nulla pax Ib.
Datur, nec ulla visio.
Propter pugillumq; hordei, atq; frustulum Ib.
Panis, violabant Me Deum.
Mali malos Prophetæ fulciunt malè: 22.
Vtriq; nequam & perditi.
Pastoribus Israhelis utriusq; væ, 34.
Pascentibus se, non gregem.
Falsi Prophetæ, fraudulenter admodum Ib.
Plebi imperabatis Meæ.
Interminatis cladibus gregis Mei Hos. 2.
Lupos severè puniam.
Meos amatores sequar, quo duxerint Ib.
Illi sequacem me suam.
Peccata consumunt, & elevant Meæ 4.
Gentis Magistri non boni.
Præ victimis, clementiam & scientiam 6.
Sui, præ holocaustis vult Deus.
Et farre tritici & redundantes mero 7.
Cubili ululabant in suo.

Olim

Olim speculator insequebatur Deum: 9.
Nunc prædo, venatur lucra.
Totâ die mendacium multiplicat, 12.
Et vastitatem infert gregi.
Qui vanitatem diligunt mendacij, Ionas 2.
Benignitatem deserunt.
Auser tuorum à Me *tumultus carminũ,* Amos
Auser tuæ sonos lyræ. 5.
Magnâ subeunt pompâ domum Israhel, viri 6.
Et fœminæ cum parvulis.
Lux Sabbati dum præteribit, danda sunt 8.
Frumenta Mystis furibus.
Mystis negatur quicquid exposcentibus, Mich.
Eos id hostes efficit. 3.
Super prophetas impios Sol occidet, 6.
Pœnas malæ ut vitæ luant.
Non sunt Dei *responsa apud vates malos,* Ib.
Eiusvé cassos spiritu.
Tuis in aurem utramq; dormientibus, Naũ 4.
Malè est tibi, pastoribus.
Plebis Dei *amentes Prophetæ sunt nimis*
Ac infideles plurimùm. (Zoph 3.
Et pseudovatem sordidumq; spiritum Zach. 13.
De terra, ait Iova, *auferam.*
Frustra colunt Me *dogmatis mortalium,* Mat.
Aut constitutionibus. 15.

Plantatio omnis, quã haud Pater plantaverit, Ib.
Excisa peribit stirpitus.
Cum Iudicio benignitatem, cum Fide 23.
Legem violando, linquitis.
Olus decimatis mentæ, aneti semina,
Cumini ad hæc, hypocritæ.
Imponitis cotidiè mortalibus Luc. 11.
Iugum, id nec ipsi attingitis.
Qui non facit verum, recolligit neq; 16.
Is sparsa dispergit magis.
Regnum Dei *observatione quapiam,* 17.
Per Gratiam sed obvenit.
In nomine Patris veni Ego *spretus Meis,* Ioan.
Alter veniet Me acceptior, 5.
Vestræ quòd admodùm studetis gloriæ, Ib.
In Me *nequitis credere.*
A semetipso qui solet pro se loqui, 7.
Is gloriam quærit suam.
Mercede conductus fugit, videns lupum 10.
Instare gregi balantium.
Iræ gloria Dei, *suam dilexerant,* 12.
Hominum aucupati gratiam.
Christus *lapis rejectus à vobis, Hebri* Actt. 5.
Stirps, angularis factus est.
Cavete jungi Messiæ vestri hostibus, Ib.
Sive Antichristi cœtibus.

Nolite

Nolite contemptoribus Dei *fidem* 13.
Vestram, nec aurem adjungere.
Qui dogma Christi *spreverint, tantummodò* 14.
Novis vacabunt dogmatis.
Surgent viri ex vobis loquentes impia, 20.
Vt discipulos ad se attrahant.
Quid prædicabunt, aut docebunt qualia, Rō. 10.
Missi fuerint nisi à Deo?
Non serviunt Christo, *sed addicti suo* 15.
Ventri saginam quæritant.
Datâ benedictione verbis dulcibus 16.
Corda innocentûm subruunt.
Zymæ ut modicum totam inficit massam statim:
Infectio morum sic habet. 1. Cor. 5.
Sunt pseudovates subdolis laboribus: 2. Cor. 11.
Sunt dicto, at haud re, Apostoli.
Sectas oportet esse pro fidelium Ib.
Probatione congruâ.
Quocumq; vento dogmatis vel hæresis, Eph. 4.
Ne mobiles reddamini.
Evangelium si præter hoc vel Angelus Gal. 1.
Diversa tradat, sit nihil.
Falsis nec horam fratribus concessimus, Ib.
At restitimus viriliter.
Christi *excidistis gratiâ, qui Moseos* 5.
Lege esse justi quæritis.

Quæstu pietatem metiuntur & lucro 1. Tim. 1.
Hypocritæ ac Sectarij.
Est virulentus sermo falsi dogmatis, 2. Tim 2.
Et serpit instar gangrenæ.
Sunt mente capti, sunt abominabiles, 3.
Sunt reprobi circa Fidem.
Non sustinent audire doctrinam Dei, 4.
Vocemq; Christi *cœlicam:*
Sanos obaudiunt magistros: aurem habent
In pruriendo perditam.
Omnes, sua quæ sunt, quæritant, sed non ea,
Quæ Christo Iesu *propria.* Philip 2.
Hostes †Cucis suo student ventri deo: 3.
A Eterna mors his imminet.
Hominem hæreticum, post unam & alterã cavens
Institutionem, despice: Tit. 3.
Sciens eum esse subrutum malâ mali
Illusione spiritûs.
Est hæreticus damnabilis sententiâ Ib.
Vel iudicij de proprij.
Amicus iniquitatis improbæ exitum, 2. Pet. 2.
Mercede suâ dignum, feret.
Ex sorte nostra prodierunt, assectæ 1. Ioan. 2.
Sortis tamen nostræ haud erant.
Is spiritus mendax habendus est pÿs. Ib.
Qui Christum Iesum *pernegat.*

Non

Non permanens in Christiano dogmate, 2. Ioan. *1.*
Habere nequit Deum *patrem.*

PIETATIS ET IMPII HOMINIS præmia & exitus. E Psal: 1.

Est homo ille perbeatus, qui piè vivit Deo
Proximis q3: qui secundum scita Legis illius
Degit ævum sic, voluptas ut sit ipsi, & regula:
Vnde Vatem per sacratum comparatur arbori
Gratiæ dono supernæ, rivulos iuxta sitæ,
Iugiterq3 his irrigatæ, quò vigens radicibus,
Perstet inconcussa ventis, fotaq3 à caloribus
Solis æstivi, virescat semper amplis frondibus,
Sitq3 fructuosa multùm copiosis fœtibus.
Impius contrà carebit prosperis successibus,
Nec Deo, *sibi, suis nec serviendo, commodus:*
Pulveris iacebit instar dissipati flatibus.
Spretus, infelixq3 cunctis esse deputabitur
Sorte, vitâ, morte: prosùm totus execrabilis,
Iudicis nullum severi sustinebit verbulum,
Nec ferens examen ullum Conscientiæ foro
In suæ, subsistet unquam: territus sed admodùm,
Se suo damnabit ipsum calculo deperditum.
Approbat Deus *piorum sanctitatem & protegit:*
Improbat sed impiorum vanitatem ac subruit.
Præmijs utrosq3 censor semper æquus, afficit.

Catechesis Biblicae,

EXEMPLA ET POENAE contemptus Verbi.

Adam & Eva inobsequentes iußibus vocis Dei,
Pardiso excluduntur ambo delicatulâ admodũ:
Terræ & asperæ coloni, victitant durißimè.
Hãc aquis Deus *supernis delet ob culpã & scelus*
Omne, terreis furenter perpetratum ab incolis:
Quinq; at urbes conflagratas pdit igne sulphuris.
Persequentes Israhelem mergit in rubro mari:
Sternit Amalek superbum, nominari nec sinit,
Atq; adoratum ob juvencũ mille ter viros necat:
Nadab ac Abiu ignis æthræ perdit impia ob sacra.
Saxeæ molis necatur cæde, blaſphemans Deũ.
Carnis esus appetentes plaga grandis percutit.
En Mariã obmurmurantẽ fratribus, lepra occupat,
Inde sexingenta murmur millia enecat virũm:
Sabbatum temnens necatur strage saxorũ gravi.
Factioſos turbulenter Chore, & ejus complices,
Terræ hiatus sorbet ingens, deglutitosq; obruit.
Regna pmissa haud subitrat Moſe, Arõq; incre-
Murmurãtes aspidũ ictu sub venẽato occidũt (duli.
Principesq; fornicantes voce mandantis Dei,
Enecantur de gabali pensiles suspendio.
Fur Achan rei sacratæ, saxeo imbre disperit.
Benjamin Tribus ferè omnis pervicaciter cadens,

Fœda

Fœda conjugis Levitæ stupra propter, interit.
Decidens sella Heli ab altâ, frangit occiput, malam
Propter educationem filiorum, Arcam & Dei
A Philistis captã: ab ipsis damna post tot, redditã:
Cujus attactu sceleſto, quidam homo statim cadit,
Septuaginta & bina Regis subditorum Davîdis
Millia ob censum lue atrâ pestilentiâq; occidunt.
Vir Dei à leone sævo comprehensus, interit,
Quòd foret dicto Iehovæ non obediens satis:
Altero se à vate passus de via flecti bonî.
En quadraginta puelli calvum Elizæo caput
Exprobrando, mox ab ursis devorantur efferis,
Cæterisq; exempla linquunt de senũ observantiâ.
Namani auferendo munus Gezi, leprâ sternitur,
Ozias hac ictus ipsâ, dum parare vult Sacra
Rex profanus: Helidoron sustuarium excipit.
Antiocchus ob Sacrorum furta cæsus interit:
Perdit Idololatrarũ regna, transfert aut Deꝰ.
Iskias ingratus ipsi, vulneratur ulcere.
A Deo punitur almo, cæde Gallilæidûm
Sanguinem miscens Pilatus Sacra per Gentiliũ:
Sævus Herodes cruentis vermibus corroditur,
Cœcitate tactus Elmas, subdolum caput, magus:
Factionis plebe Iudas, atq; Teudas occidunt:
Facti in exemplar, rebelles puniendi atrociter.

THESIS

THESIS IV. PRAECEPTI.

TImendus est, amandus est nobis Deus,
Nostros parentes ac Heros contemptui
Ne visi habere, vel movere bilem eis,
Pœnas Deo luamus æquo Iudici:
At deferamus his honorem debitum
Obedientiâ decenter præstitâ,
Eosq; semper æstimatos plurimi,
Amore cultûs prosequamur congrui.

HYPOTHESES.

Parens uterq;, sexu utroq; Liberi,
Fideliter sua exequuntor munia.

Tuæ domui, Abraham, tuisq; posteris Gen. *18.*
Manda, sibi Me Deum *colant.*
Sunt à Deo *donati Iacobo patri,* *33.*
Vtroq; sexu, liberi.
Quisquis maledixerit patri, aut matri suæ, Exo.
Is morte festinâ occidat. *21.*
Tuos Mea edocebis acta liberos, Deut. *4.*
Et scita legis singula.
Vestros docete verba singulos Mea. *11.*
Quæ cordibus condant pijs.
Tam contumacem, quàm rebellem filium *21.*
Saxis necet communitas.

Peccare

Peccare sinens gnatos Heli, nec puniens, 1.Sã. 3.
Sellâ, occipite effracto, excidit
A patribus narrata nostris, haud erunt Psal. 78.
Cælanda nepotum posteros.
Olim à patribus relata nostris, sunt ea Alit:
Communicanda liberis.
Patres monebunt filios, ut in Deo Ib,
Fiduciæ Spem collocent.
Ephœbus in quo corriget vitæ viam? 119.
Verbi in Dei *custodia.*
Mensam recingent liberi tuam ordine, 128.
Cêu plantulæ hortulo insitæ.
Quem filium pater paternè diligit, Prov. 13.
Docere nunquam desinit.
Mœrore qui patrem afficit, matri gravis, 19.
Hic gnatus infelix erit.
Hæreditas festina cœpto principe, 20.
Bonum haud habebit exitum.
Suetâ puero sibi, viâ procedere 22.
Vir perget, & factus senex.
Cordi puerili est alligata insania, Ib.
Cuî virga medetur aspera.
Virgis puellum cæde, mentem & ipsius 23.
A tormine Inferni eximes
Audi genitorem, nec genitricis tuæ Ib.
Mandata obaudi, gnate mi.

Prolem

Prolem erudi tuam, erudita quæ tibi 29.
Solatio sit postmodùm.
Puer, voluntati relictus propriæ, Ib.
Confundit & matrem & patrem.
Qui durus, increpationem respuit, Ib.
Spem præter, obrutus perit.
Quisquis suos habet parentes risui, 30.
Cunctis erit despectui.
Vnus melior Dei *timens, est filius,* Syr. 1.
Quàm mille stulti & impij.
Qui patrem honorat, hic suis è liberis 3.
Olim feret solatia.
Fili, parentes suffer, hos cole insuper, Ib.
Injurijs quantumlibet.
Benedictio Patris suus firmat domos: Ib.
Maledictio matris subruit.
Patris senectam parce tristem reddere: Ib.
Fer, deficiat si viribus.
Exasperat quisquis genitricem suam, Ib.
Dei *Maledictionem sentiet.*
Præstat, rogent ut te Parentem liberi,
Quàm tu requiras horum opem.
Si Patrem honorat filius, servusq; Herum, Mala.
Honor Meus *sed est ubi?* 1
Iesus *in Templum Parentibus comes* Luc. 2.
Descendit: eis fit moriger:

Sapientiâ

Sapientiâ, ac ætate, gratiâ insuper,
Deum *ante, hominesq; proficit.*
In disciplinâ, & in Dei *patris metu* Ephes.6.
Prolem, Patres, educite.
Vult Iova *fautor, liberi ut Parentibus* Coll.3.
Obœdiant in omnibus.

THESIS V. PRAECEPTI.

TImendus est, *amandus est nobis* Deus,
Incommodemus proximis ne vi, aut dolo:
Sed pervigilemus his juvandis sedulò
Cunctis in ipsorum necessitatibus.
Talis pietas enim Deo *gratissima,*
Eius remunerationi impenditur.

HYPOTHESES.

Cædes patrata fusione sanguinis (ne.
Hūani, homicidæ nulla abit pœnâ si-
Poscit Deum *ultorem ex humo vox sanguinis*
Abelis occisi à Cain. Gen 4.
Injuriæ Deo *ultionem tradito,* Leu.19.
Eam nec ipse quærito.
Davida Semei execratur: at Deus 2.Regg.
Regno benedicit redditum: 16.
Permitte, diras imprecetur ut mihi:
Sed fausta reponat Iehova.

Aufert

Aufert ab amico quisquis indulgentiam, Iob *6.*
Dei *timore cassus est.*
Amiculo factus suo ludibrium, *12.*
Petens Deum *habebit vindicem.*
Vir sanguinarius, doli quoq; artifex Psal. *5.*
Abominabilis Deo *est.*
Mihi bona pensabant malis Hypocritæ *35.*
Injuriam per maximam.
Convictor & sodalis in Meam Meus *41.*
Subversionem se extulit.
Livore amorem pensitat Meum: attamen *109.*
Convertor ad pias preces.
Mihi reponunt pro bonis mala undiq;: Ib.
Hostes amico redditi.
Me livor execretur hostilis soni, Ib.
Deus *benedicat dum mihi.*
Hominem violentum pœna trux venabitur, *104.*
In exitium donec ruat.
Mentis meditatio frequens, afflictio Eccles.
Est spiritûs & corporis. *12.*
Est fortis, instar mortis atræ, in fœminas Cantt.
Amor: est amaror, est probrum. *8.*
Crudelia impÿ in proles sunt viscera, Prov. *12.*
Crudeliora ipsi tamen.
Quid invidia est? putredo quæ tenaciter *14.*
Medullæ inhæret ossium?

Responsio

Responsio mollis, mollit iracundiam, 15.
Vallumq; valet perfringere.
Impunè non fert, cui voluptatem parit Ib.
Prægrande damnum proximi.
Homo miser sectatus usq; iurgium, 17.
Hostem experietur Angelum.
Nil gestiat hostium ruinâ, cor tuum, 23.
Ipsos Dominus *ne vindicet.*
Vinum ingreditur blandè gulam: ad novissimum
Mordebit instar aspidis. Ib.
Qualis præhensor aurium est sævi canis, 25.
Sic alterius rixæ sodes.
Amans & affectans periculi, aut necis, Syr. 3.
Culpâ peribit propriâ.
Amicus ollæ & temporis boni status, 6.
In sorte durâ & re, fugit.
Dei *timens in sorte lætâ & asperâ,* Ib.
Habet fidelem amiculum.
Qui vult cupitq; habere vindicem Deum,
Vindicta cuius est, habet. Syr. 28.
Merum modicis in usibus, refectio 31.
Est mentis atq; corporis.
In ore pacis verba amico blanda fert: Ier. 9.
Fel corde ministrat, perfidus.
Hostes hominis domestici mage exteris Mich. 1,
Sunt deteriores hostibus.

Qui

Qui dixerit fratri suo: vesane, erit Matt. 5.
Reus Gehennæ incendio.
Fratrem tuum inter teq3 & ipsum corripe 18.
Solus, nec asper sis ei.
Qui sumit ensem pro sui vindictâ, homo 26.
Hic ense Magistratûs cadet.
Regnum omne dissidens sibi & contrarium, Luc.
Cadet atq3 desolabitur. 11.
Qui iudicas reum, reus num Iudicis Rom. 2.
Dei effugies diem ultimum?
Gaudete cum gaudentibus; cum flentibus 12.
Deflete mœsti proximos.
Qui persequuntur vos, bene his precemini, Ib.
Hostes nec execremini.
Quantum est situm in vobis, licebit aut quoad,
Habete pacem cum omnibus. Ib.
Effare, quisquis es, tuumne hunc iudicas, 14.
An alterius ministrum Heri?
Delicta remittite invicem, vobis uti Eph. 4.
Remisit in Christo DEVS.
Donate vobis mutuò offensas, velut Coll. 3.
Iehova *donat sontibus.*
Qui fratris osor est sui, haud is lumine, 1. Ioã.
Verùm tenebris pascitur. 2.
Fraternus osor, fratris interfector est 3.
Vitamq3 manentem in se, haud habet

Qui

Qui non amat, visum sibi, fratrem, quî amet 4.
Invisibilem Deum *patrem?*

THESIS VI. PRAECEPTI.

TImendus est nobis, amandus est Deus,
Piè & pudicè dicto & actu, ut vivere
Gliscamus, atq; amare charas coniuges:
Delato honore infirmiori vasculo.

HYPOTHESES.

Connubium, seu coniugalis copula
Divinitùs dictis in his conceditur.
Cõnubio seu matrimonio DEVS, *Alit:*
Vagæ libidinis medetur æstubus.
Terram super humanum genus vult crescere,
Vult multiplicari Iehova. Gen. 1.
Non est homini bonum, esse solitarium: 2.
Faciamus *ei adiutorium.*
Homo Patrem & Matrem relinquens, coniugi Ib.
Coniux adhærebit suæ.
In carne duo unâ, masculus cũm fœminâ, Ib.
Erunt cor idem uno in corpore.
Divinitùs Isaco Rebecca coniugi Gen. 24.
Coniux dicata, traditur.
Spe posteritatis, quæ Deum *post me, colat,*
Assumo coniux coniugem. Tob. 8.

Fidit

Fidit mariti cor maritæ corculo, Prov. *31,*
Et acquiescit unicè.
Dans gnatam homini tuam pio & frugi viro,
Opus salubre feceris. Syr. *7.*
Præstat subire matrimonij iugum, 1. Corr. *7.*
Ardere quàm, uri & excoqui.
Quicunq; coniuges utroq; sexu, habent, Ib.
Sint non habentes sicuti.
Maritus est caput maritæ, quomodo Ephes.
Ecclesiæ Christus *suæ.* *5.*
Vxor timeat virum, colatq;, redditâ Ib.
Ei vice amoris debiti.
Vas possidere quilibet suum sciat, 1. Thes. *4.*
Sacrareq; honore congruo.
In omnibus connubium est, honesta res, Hebrr.
Thorusq; pollutus nihil. *3.*
Adulterium gravissimè punit Deus,
Plectitq; pœnis, cladibusq; maximis.
Plantatio adulterina nil durabilis Sap. *3.*
Radice fiet subrutâ.
Præstat, manu humanâ necer, quàm perpetrem
Adulterium coram Deo. Hist: Susan:
Adulteræ domus neci dat hospitem, Prov. *2.*
Et ad ima trudit tartara.
Adulteri nunquam probrum delebitur: *6.*
Adultera fortem interficit: *7.*

Via

Viæ illius ducunt domûs in atria 7.
Necis interiora perpetis.

Est luxuriosa res merum, ebrietas quoq; 20.
Tumultuosa plurimùm.

Os concubinæ est alta fossa, in quam cadet Ib.
Iratus est cùi Deus.

Putredinem cum verme fornicorij Syr. 19.
Hæreditabunt perpetim.

Adultero succisa stirps adulteræ, 23.
Fructu carebit arborum.

Scortum effugiet timens Dei, *in quem q est reus,*
Reti illius implicabitur. Eccl. 7.

Cor auferunt virile, fornicatio Hos: 4.
Gula, ebrietas, & crapula.

Desideriis carnalibus desistite Rom: 12.
Mentem necare perditam.

Qui fornicatur, peccat in corpus suum 1. Cor:
Quod Satanæ specum facit. 6.

Cum mente corpus destinetur Iehovæ, Ib.
Haud fornicationibus.

Num membra Christi *sumta, fornicarius* Ib.
Ego illa scorti fecero?

Impurus & scortator omnis, haud erunt Gall. 5.
Christi *cohæredes* Dei. Ephes: 5.

Adulteris & fornicantibus Iova Hebrr: 13.
Iudex erit gravissimus.

THESIS VII. PRAECEPTI.

TImendus est nobis, amandus est Deus,
Furemur ut ne proximo pecuniam,
Ipsius aut bona auferamus vi, dolo,
Iniuria, falsis item contractibus
Aut artibus malis, iniquo & pondere,
Ad nos rationevé attrahamus qualibet:
Sed id modis curemus unicè omnibus,
Vt proximis sint universa & singula
Per nos, item uostros rei tam mobilis,
Immobilis quàm, sarta, tecta perpetim.

HYPOTHESES.

Labor piorum liberalem dexteram
Pios in usus efficit dexterrimam.

Sudore vultûs in tui panem tuum Gen. 3.
Edes diebus singulis.
A fratre nunquam averte ocellos paupere, Deut.
Deum invocans, ne te arguat. 15.
Largam tuo subindè fratri dexteram, Ib.
Qui pauper, inopsq; est, exhibe.
Non fœnerabis proximo pecuniâ, 23.
Non frugibus, aut re quapiam.
Fratri tuo, usurâ absq;, mutuum dato, 25.
Dari quod is sibi expetit.

Demensu

Demensu habe iusto corum, ulnam, tum libram,
Foroq; nil abutitor. Ib.
Frange esurientibus tuum panem: excipe 58.
Domi tuæ hospes hospitem.
Cùm videris nudum, tege ipsum vestibus: Ib.
Carnem tuam nec despice.
Iustus die totâ misertus pauperis, Psal. 37.
Ei subindè commodat.
In pauperes dispersit atq; contulit 112.
Pius suarum partem opum.
Fontes tui rivos foras ducant suos, Prou. 1.
Herus sed ipsorum emane.
Opes parat laboriosorum manus: 10.
Partas eadem piè erogat.
Mens quæ benedicit Iehovã *impinguabitur:* 11.
At ebria dissipabitur.
Laboriosorum manus ditabitur, 13.
Datis saginata è bonis.
Qui pauperis misertus, illi commodat, 14.
Omni modo beabitur.
Deo ille fœnerabitur, qui pauperis 19.
Misertus, ipsum sublevat.
Qui pauperi dat, nullo egebit tempore 28.
Dei Patris per gratiam.
Opum facultas perfruendi commodè, Eccl. 5.
Est munus Excelsissimi.

Immitte aquis panem tuum: quem tempora
Post longa repertum senties. Eccl: 11.
In dando, egenum protrahas nihil morâ: Syr: 4.
Bis namq; dat, qui dat citò.
Bona est hominis possessio, si quæ obvenit, 13.
In mente mali nil conscià.
Qui vult tunicam tibi molestus demere, Matt: 5.
Et pallium ipsi linquito.
Eleëmosynam dato ex abundanti tuam: Luc 11.
Hanc Iova *pensabit tibi.*
Servata per vos, sportulis recondite Ioan: 6.
Collecta panum fragmina. Ioan: 6.
Beatiùs multo dare est, quàm sumere Actt: 20.
Ab altero quicquid datur.
Altissima paupertas piorum vertitur 2. Cor. 8.
Opulentiam in ditissimam.
Præ viribus voluntatem suis bonam Ib.
Fecêre testantem piè:
Opulentia vestra sublevet penuriam Ib.
Gregis piorum cognitam.
Largum ac hilarem Deus, *datorem diligit,*
Remuneratur insuper.
Qui cum benedictione semen proïcit, Ib.
Fruges benedictas demetet.
In nocte operabar & die, molestiam 1. Thes. 2.
Ne quam crearem fratribus.

Omnes

Omnes silentio laborent, proprium 3.
Panem ut comedant cum gaudio.
Negotium vos vestrum agatis sedulò; 4.
Vestrâq; laboretis manu.
Odor suavis, & Deo acceptissimus Tim. 6.
Eleemosyna est fidelium.
Largitio benigna sit pijs. Hebr. 13.
Placens enim hostia est Deo.

Cum donivoris, ignavi, & usurarij
Peroptimè taxantur his sententijs.

Prudentûm oculos accepta cœcant munera,
Et verba iustorum eruunt, Exo. 23.
Pecuniâ usurarius tuâ haud eris, Leu. 19.
Vllove frugum fœnore.
Non exigas frugum redundantem eorum 25.
Metâ modoq; indebito.
Iniustitiam omnem abominatur Iehova,
Iniquitatiq; hostis est. Deut 25.
Malis tabernaculum ignis absumet vorax, Iob 14
Quòd donivori sint maximè.
Solus sine pupillo, meam buccellam habens 31.
Mihi, comedi Iob minùs
Beatus est homo, innocentem qui super Psal. 15.
Non ulla dona sons capit.
Referta donis est iniqui dextera 25.
Studetq; rapinæ plurimùm,

Sons creditori haud solvet, at iustus vicem 37.
Reddet, misertus pauperis.
Vsura, fraus, calumnia omni tempore 55.
Vrbis plateas aggravant.
Væ væ tibi prædo: ipse deprædaberis Esa 33.
Per talionem redditam.
Iniquitate qui suam domum extruit, Ier. 23.
Huic homini væ inposterum.
Fuit Sodomæ scelus superbæ copia Ezech. 16.
Opulentiæ, otium quoq; :
Non sublevabat pauperes: plena in Deum
Abominationibus.
Argento & auro iustiores se viros Amos 2.
Vendunt emuntq; perditi.
Thesauri habent loco suis in ædibus Mich. 2.
Iniqua rapinæ scrinia.
Telluris ad usq; pulverem linguam & caput, Ib.
Inopis superbè deterunt.
Quàm conteritis subindè pauperem, neq; 3.
Telluris egeno parcitis?
Plebis Meæ edunt carnem, cutemq; detrahunt,
Et ossa frangunt illius. 6.
In impij domo ignis, ac thesaurus est Habac.
Iniquitatis totius. 3.
Væ construenti civitatem ex sanguine, Hag. 3.
Prædâvé plebis subditæ.

Qui

Qui congregatis lucra quærit mercibus, Ib.
Pertuso eas sacco ingerit.
Sic omnis avari semitæ ipsum ductitant, Prou. 1.
Quæstu ut rapiat quæq; improbo.
Absconditus panis suavior dape est 4.
Convivij inferæ domûs.
Formicam adi piger: vias eius nota, 6.
Solers, sapiensq; ut inde sis.
Instar viatoris citi pigro cita Ib.
Veniens egestas, præstò erit.
Ignava egestatem manus duram parit, 10.
Sed gnava magnam rem facit.
Ob frigora brumæ, arare noluit piger: 20.
AEstate; stipem frustra petet.
Suâvis dolus mendacij implet calculo Ib.
Os: at gulam eius strangulat.
Desideria occîdunt pigrum frequentia, 21.
Duræ famis per tempora.
Qui claudit aurem pauperum clamoribus, Ib.
Obaudietur à Deo.
Qui vinum amat, bibo, vesciq; pinguibus Ib.
Consuescit, haud ditabitur.
Dicit piger: est foris leo, qui me voret: 22.
Domo pedem non efferam.
Ingens egestas desidi & pigro venit 28.
Instar viatoris citi.

Hic innocens avaræ sortis haud erit, Eccl 5.
Qui vult subitò ditescere.
Qui divitias amore lucrorum expetit, Ib.
Fructus earum haud sentiet.
Ad accipiendum tende dextram ne tuam, Syr. 4.
Nec claude, dandum si quid est.
Cœcant ocellos iudicum, donaria 20.
Illis utrinq; tradita.
Possessio superbiæ exstirpabitur 21.
Profecta malis ab artibus.
Exterminavit, vini abusus, plurimos: 31.
Nocentior ense est crapula.
Multum mali docet pigra ociositas: 33.
Res sunt agendæ sedulò.
Est panis egeni vita pauper pauperis: 34.
Fur illius, est vir sanguinis.
Væ, qui tenebras dicitis lucem, & malum Esa. 5.
Quodcumq; fingitis bonum.
Sunt fraudulenti vasa longè pessima, 32.
Valdeq; nocent innoxijs.
Cêu retibus solent aves multæ capi: Ier. 5.
Sic simplices doli artibus.
Mendax stilus Scribæ scatet mendacio: 8.
Plenus venenatâ lue.
Calumnia, absq; iudice advenam obruit,
Et iudicij probâ sine. Ezech. 17.

Tibi

Tibi insidiantur, qui tuos edunt cibos, Abd. *1.*
Et pocula hauriunt tua.
Qui simplices ibant, eos ad mutua Mich. *2.*
Tu bella vertisti impiè.
Fur omnis & periurus, ut Scriptura ait,
Ex Lege iudicabitur. Zach. *5.*
Omnis dolosus execrabilis Deo *est:* Mal *1.*
Odibilis mortalibus.
Festucam oculo in fratris tui vilem notas: Luc. *6.*
Trabem in tuo non conspicis:
Hanc eijce primitùs, déin illam exime,
Hypocrita perversissime.
Linguæ malignitas iniquæ concita Iacob *3.*
Flammis gehennæ perditur.
Quod intus est, iniquitatis plurimæ Lucæ *11.*
Plenum rapinis innatat:
Qui seminat parcè, metet nil, aut parum 2. Corr.
Agri è sui proventibus. *9.*
Nemo in fori negociationibus 2. Thes *3.*
Circumveniat fratrem suum.
Qui nil laboris sumit, hic edat nihil, Ib.
Bibatvé: necetur at fame.
Avaritiæ radix malorum est omnium, 1. Tim *2.*
Quæ mentibus necem inferunt.
Qui divites citò esse gliscunt, Satanæ Ib.
Tentantis in rete incidunt.

Qui clauserit fratri suo excors viscera, 1. Ioã 3.
In eo Dei *amor non emanet.*
Avaritiam citra, pij mores piè Hebr, 13.
Præsentibus contenti, eunt.

THESIS VIII. PRAECEPTI.

TImendus est, amandus est nobis Deus,
Ne proximum involvamus aut mendacio
Prodamus, & obruamus, aut infamiâ
Notemus ullâ: sed iuvenus undiqꝫ:
Habeamus excusatum, & ipsius bonam
Famam tueamur semper, ac de eo bene
Loquamur, atqꝫ sentiamus non malè:
Partem in meliorem interpretati singula.

HYPOTHESES.

Falsum hîc vetatur omne testimoniũ,
Sed exigitur verum abs utrôq; sexuũ.
Novit Deus *fallentem, item qui fallitur:*
Vtrinqꝫ iustus arbiter. Ioan. 13.
Qui corde recto sunt, in obscuris cadunt Psal. 11.
Fixi sagittis subdolis.
Dolosa perdet labra iustus Iehova, 12.
Et ora falsa destruet.
Testes iniqui me gravant mendacio, 27.
Mentita sibi est iniquitas.

Ad

Ad proximum pacem loquuntur: sed facem 28.
Bellorum, alunt in cordibus.
Linguam prohibe tuam à malo omni, nec labra
Dolum tua unquam proferant. 34.
Acuta utrinq3, qualis est novacula; 52.
Sic fons doli omnis os vafrum.
Mellitus est succoq3 olivæ perlitus, Psal.55.
Sermo dolosi pestilens.
Dentes reproborum tela & arma sunt fera: 57.
Sed lingua, acutus ensis est.
Calumniator quisq3 vilescens citò, 72.
Fit fraudulenti particeps.
Clàm detrahentem proximo, odi pessimè: 101.
Eiusq3 sum adversarius.
Dolosa lingua teli acumen est viro 120.
Forti: ignis omnia est vorans.
Labris subest lethale virus improbis, 140.
Et quale inest nigræ aspidi.
Calumnia conturbat Sophũq3, & pectoris Eccl.7
Robur refringit ipsius. Aliter.
Turbat sapientem futilis calumnia, Prou.3.
Ipsumq3 privat robore.
Illusor est abominabilis Deo, Ib.
Dum simplicibus loquens, nocet.
Sermocinatione verbosâ nimis 10.
Peccatur à bilinguibus. Aliter.

Peccamine non caret loquax verbositas:
Sed prodit egestatis sonos.
Ingens egestas commoratur hîc, ubi 13.
Verba ore funduntur levi.
Qui pauperem calumniatus, despicit. 14.
Eius Creatori exprobrat.
Qui iustificat reum atq; iustum damnat, is 17.
Deo *est abominabilis.*
Impunè testi non abit falso: grave 19.
Mendax malum nec effugit. Aliter.
Impunè falsis non abibit testibus,
Vt nec viris mendacibus.
Miscentur usq; iurgiosis stultùli, 20.
Per probra contumeliæ.
Admiscearis nunquam ei viro, omnibus Ib.
Qui pandit arcani fidem.
Frustraneum transit probrum instar alitis, 25.
Quæ transvòlat quæq; ardua.
Submissa vox hostis tibi suspecta sit: Ib.
Cêu corde nequæm septuplex.
Os, quod malè assuevit gravi mendacio, Sap. 1.
Est carnifex mentis suæ.
Subversio imprudentis, est lingua ipsius: Syr. 5.
Hac ipse abutens perditur
Ab ore peccatoris exit nulla laus, 15.
Laudisvé commendatio.

Blanditur

Blanditur usq; creditori debitor, Syr. 29.
Vbi mutuum dari petit:
At debiti solutionis tempore,
Haud tædio absq;, murmurat. Aliter.
Eblandiuntur mutuo æs dandum probè:
At redditurì id, exprobrant.
In ore testium duorum, seu trium
Constabit omnis veritas. *Deut. 19.*
Nomen bonum auro præstat omni & unguine
Aromatum est fragrantiùs. Eccl. 7.
Linguâ Sapientûm continetur sanitas Prov. 12.
AEgris animo tum corpore.
Custos animæ, refrenat os, ne noxia 13.
Sibi reliquisq; proferat.
Impinguat ossa, item medullas ossium, 15.
Laus vera nominis boni.
Custodiens linguam à nocentibus suam 21.
Dictis, animæ custos suæ est.
Qui voce fratrem corripit durâ magis, 28.
Quàm blandulâ, ipsum sospitat;
Orbam viro, pupillum, egentem, & advenam
Calumniari parcito.
Homo malum fratri suo nec cogitet, Ib.
Nec cogitans unquam, inferat.
Loquatur unusquisq; vera proximo, Ib.
Imponat arte nec malâ.

Concordiam pro veritate mutuam 8.
Amate, amici Iehovæ:
Is nactus ipsius vicissim gratiam,
Fidem probatam sentiet.
Sint pacifici plures tibi de millibus: Syr.6.
Sit consilij vir unicus.
Arcana mentis non reveles omnibus: 8.
Secreta sint tibi tua.
Habe boni curam fidelem nominis: 41.
Thesauro id omni prævalet.
Sit vester, est est, sermo: non non, quod super
Abundat his, erit malum. Matt.5.
Ex fonte cordis copioso verbula Lucæ 6.
Manant in os frugi, aut nocens.
Si sum locutus perperam, dic: sin bene, Ioan.18.
Cur Me innocentem percutis?
Non venditans sese, probatur is Deo, 2 Cor.11.
Censuræ hominum nec subiacet.
Haud infremebat Christus *ex iniuriâ,* 1.Pet.3.
Quam liquit ultori Deo.

THESIS IX. AC X. PRAECEPTI.

TImendus est nobis, amandus est Deus,
Hæreditatem proximi ne cum domo.
Vtensilibusq; cæteris captemus, &
Nobis ea usurpemus ipsis per dolum:

Quin imò eum juvemus, ut suas opes
Habere, domi foriś q́, posśit integras.
Timendus *est nobis, amandus est* Deus,
Ne proximo uxorem, ministrum, ancillulam,
Pecus vel auferamus unquam: at omnia
Hæc ut relinquentes Heris, quò munia,
Operis sibi iniuncti, exequantur sedulò.

HYPOTHESES.

Nō cōcupiscēda est dom⁹, cōiūx, puer,
Puella, asinus, bos, res vel ulla, pximi.

Assumit ebria ebrium, aut pressum siti, Deut. 29.
Inebrientur ut simul.

Desiderio laudatur in suo malus, Psal. 69.
Benedicitur q́ 3 nequam homo.

Fallacitas opum, ac inanis gloriæ, Matt. 3.
Verbi studium extinguunt sacri.

Nolite tolli in alta per superbiam: Lucæ 12.
Exilibus iungamini.

Non vita cuiusquam sita est in copia Ib.
Rerum, aut opum affluentiâ.

Qui colligit per fas, nefas q́ 3 opes sibi,
Apud Deum *nil dives est.*

Ex Lege novi concupiscentiam Rom. 7.
Obnoxiam reatui.

Occasione Legis appetentiam Ib.
Mali, esse malam deprêndimus.

Omnis

Omnis reatûs mater appetentia est, Iac.1.
Et fœta, peccatum parit.

X. EPILOGVS DECALOGI.

EGo Dominus Deus *tuus sum, ô Israel*
Fortisq3 Zelotes: parentum in liberos
Iniquitatem visito q5 & vindico:
Rursùm exhibeo his benignitatem in millia
Qui diligunt Me: qui Meæ custodiunt
Statuta Legis, exprimunt q3 moribus.

THESIS.

TImere & amare debemus Deum Patrem,
Eiq3 soli in omnibus confidere,
Præscriptaq3 illius secundum, vivere,
Formareq3 ævi cuncta nostri tempora.

HYPOTHESES.

Mandata quisquis prævaricatur Dei,
His terreatur comminationibus.
Super Sodomam necnon Gommorrham Iehova
Pluit igne cœli, & sulphure. Gen.19.
Dum vos mihi frequenter adversamini, Leu.26.
Ego vester ero adversarius.
Obaudieritis si Deum Me, septupli Ib.
Pœnam luetis additam.

Malis

Malis dabo Ipse ferreum vobis polum, Ib.
Et æneum sistam solum.
Est ignis omni vastitate destruens Deut. 4.
Cuncta, est Herus *&* Iova *Israhel.*
Qui Legis almæ iussa nunquam perficit, 27.
Hic fit maledictus perpetim.
Si nolueris parére voci cœlicæ, Deut. 28.
Maledictionem senties.
Homo rebellis, & Deo *contrarius,* 1. Sam. 15
Ab ejus irâ disperit.
Sprevêre vates, nunciosq; Iehovæ 2. Paral. 36
Hinc, prorsùs oppressi, jacent.
Servat Deus *patrum dolorem filijs,* Iob 20.
Et posterorum filijs.
Hostes tibi sceptro, Christe, *franges ferreo,*
Testæ velut vas fictilis. Psal. 2.
Deus *laqueos pluet super fontes, quibus* 11.
Ipsi gulas refringerent.
Cum sulphure ignis, tum procellæ spiritus, Ib.
Sunt pars calicis peccantium.
Deus *suam potenter extendit manum* 55.
Ad edomandum reprobos.
Descendit in Israel ira cœlitùs, quòd is 78.
Non credidisset Iehovæ.
Spretâ Benedictione, sons privabitur, 109.
Vt fiat execrabilis.

Scias

Scias te habiturum Iudicem Deum, *omnibus*
Dictis & actis de tuis. Eccles *11.*

Deus *reos dijudicabit, pergravis* Ib.
Impœnitentium Arbiter.

Sophia corpus subditum peccamini, Sap. *1.*
Non incolit, sed deserit.

Haud incolet Sophia corpus, atq; cor Alit:
Fœdum inquinationibus.

Correctionem pertulerunt haud Meam, Prov. *1.*
Irâ peribunt hinc Meâ.

Quod impius timet, timenti id accidet *10.*
Vero nimis præsagio.

Qui seminat malignitatem, demetet *22.*
Damnis eandem maximis.

Qui peccat in sui conspectibus Dei, Syr. *38.*
Manum Medentis sentiet.

Mendacij Spes subruetur grandine, Esa. *28.*
Exterminioq; perpeti.

Annus retributionis advenit Meæ *63.*
Omni reproborum crimini.

Super caput impium furor desæviet, Ier. *23.*
Nasiq; Dei iracundia.

Procella & ignis verticem impij occupat *31.*
Interneccionis tormine.

Thesaurum aperit Deus *suum, è quo proferat*
Huc vasa suæ iracundiæ. *50.*

Patres

Patres comederunt labruscam, filijs Ezech.
Dens quâ obstupescit hactenus. 18.
AEquum æquitas deducet: impium sua Ib.
Omnem impietas pessundabit.
Scientiam quòd respuisti, respuam Oseæ 4.
Te, Mysta meus sis ne amplius.
Securis est admota radici arboris, Matt. 3.
Excindat ut illam stirpitùs.
En in tenebras filij regni, extimas 8.
Ex luce ferentur perpeti.
Huic homini væ, per quem scandalon, nocens 18.
Infirmioribus, venit.
Mensurâ eâdem, quâ fuêre usi datâ Luc. 6.
Remetietur singulis.
Vindex mali totius, & boni optimus 1. Thes. 4.
Remunerator est Deus.

HYPOTHESES PROMISSIONUM.

Promissiones utriusq; commoda Vitæ repromittunt DEI cultoribus:
In audientes verba vocis Iehovæ, Deut. 28.
Descendet ab alto fauslitas.
Diras Benedictione permutat Deus, 31.
Illasq; reddit irritas.
Auget Dominus Deus *fideles servulos,*
Rerum omnium affluentiâ. Exo. 23.

AEgrè

AEgris Deus *medetur, ævum & prorogat:*
Is cuncta potest, scitq; exequi.
Honorificans Iehovam *honorificabitur*
In sæculo hoc, & altero. 2.Sam.2.
Damnis levati pœnitentiæ in statu, Iubd.10.
Deserviamus Iehovæ.
Felix erit propago justi seminis Psal.31.
Benedictione quâlibet.
Proles piorum consequetur à Deo 112.
Benedictionem cœlicam.
Semen pij potens, locuples, clarum erit Ib.
Sub orbe lunaris globi.
Homo Dei *patris timens, benedicitur,* 128.
Ac prosperatur cœlitùs.
Diæ miseratio clementiæ nova Thren.3.
Diluculi exortu, redit.
Non frena laxabo Meis furoribus: Oseæ 11.
Iova *Ipse nam sum, non homo.* (vat,
Lex crimen accusat, reos pœnis gra-
Impœnitentes criminum coarguit.
Qui non in his permanserit, quæ scripta sunt
In Lege sacrâ, execrabilis.
Malum patrâsti Me tacente: nunc loquar,
Gravis tibi: sistam te Mihi. Psal.50.
Lex scripta inhæret cordibus mortalium, Rō.2.
Vel teste Conscientiâ.

Lex

Lex dicit: omne os obstruatur, ut Deo *Sit mundus omnis subditus.* 3.

Per Legis edictum reatus noscitur Transgressione quâlibet. Ib.

Omnes semel simulq; sontes, gloriâ Dei *faventis indigent.* Ib.

Legem stabilimus universam non malè Per Christi anorum fidem. Ib.

Hæreditas si ex Lege pendet, irrita Promissionis est Fides. 4.

Ex Lege si est hæreditas, Promissio Inanis abrogabitur. Alit.

Lex iram operatur: Lex ubi non est, ibi Prævaricatio haud erit. Ib.

Legis positu duntaxat in Legem reis Damnatio, pœnaq; ingruet. Ib.

Delictum ut abundaret reatûs cogniti, Legis subintravit rigor. 5.

Legem per agnovi reatûs semina Originali cum lue. 7.

In mente meâ deservio Legi sacræ Cultum Dei *per intimum.* Ib.

Numquid Deus *non est tuus Pater, sibi Te procreans & prosperans?* Deut. 32.

Est vita nobis, est dator vitæ, Deus: *Longævitatisq; auctor est.* Ib.

Cor

Cor omne ſcrutator Iehova *perſpicit,* Paral.
Meditataq; ipſi percipit. 28.
Et corda Deus *reneſq; ſcrutator videt* Pſal. 7.
Penetrat q; eorum in abdita
Dixit Deus, *& ſunt facta: mandavit* Deus,
Creata mox ſunt ſingula. 33.
Eſt plena tellus univerſa Numinis 34.
Benignitate maximi.
Alit Deus *pios famis per tempora,* Ib.
Eos nec unquam deſerit.
Deus *oſſa piorum ſervat unus ſingula,* Ib.
Ex his teratur ne unicum
Abſtruſa cordium probè novit Deus, 44.
Et nota rectè diſcutit.
Valles refertæ frugibus quàm plurimis, 56.
Hymno celebrabunt Deum.
Aufert Iehova *principum vitam omnium,* 77.
Prolongat ipſam deniq;.
Dei *ante oculos heſterna cùm tranſit, dies* 95.
Mille anni habentur fluxiles.
Dei *in manu tenentur orbis totius* 96.
Fines, quatuorq; climata.
Sunt dæmonium cuncti deaſtri gentium, Ib.
Sunt numina pluſquam inania.
Nos fecit ipſe Iova, *cuius paſcuæ,* 100.
Ovilis oves q; nos ſumus.

Producit

Producit herbæ gramen & germen Deus 104.
Mortalitatis usui.
Vinum bono usu, recreat mortalium Ib.
Cor: ast abusu dissecat.
Escam Deus *dat omnibus, qui ipsum timent,*
Ac corde fideli diligunt. 111.
Nisi ædificaverit Deus *potens domum,* 127.
Frustra laborabit faber.
Quales sagittæ fortis emissæ manu, 128.
Sic sunt juventæ filij.
Hæreditas divina ventris fructibus, Ib.
Patrum pij sunt liberi,
Ecclesiam fœcundat auctam prolibus, 132.
Qui cuncta dispensat, Deus.
Ignis, glacies, nix, grando, ventus, turboq; 148.
Verbum exequuntur Iehovæ.
Novi creator & pater summus, tui Esa. 57.
Horam introitûs & exitûs.
Deus *generationis autor unicus,* 41.
Ad se universos evocat.
Si vix homo, qui justus est, salvabitur, 1. Pet. 4.
Consistet iniquus sons ubi?
Nemo, sine sanctimoniâ spectabilis Hebr. 12.
Vitæ, videbit Iehovam.
Age pœnitentiam, meo adventu cito, Apoc.
Mei gladio oris ne cadas. 2.

IMPOE-

Impœnitētū culpa prę fore excubat,
Sopitāq; conſcientia excitur foras.
Gens conſilio, prudentiâq; omni caret, Deut. 4.
Quæ non reſipiſcit illicò. Aliter.
Gens conſilij & prudentiæ expers, cœcula Deut.
Sibi eſt, alijsq; inutilis. 32.
Addunt reprobi peccata priſtinis nova, Iudd. 10.
Iunguntq; crimen crimini.
En impietas egreſſa cœtu ab impio, 1. Sam. 24
Deſævit in gregem pium.
Sunt verſi in arcum pravitate noxium, Pſal. 78.
Et lethiferum per vulnera,
Pravum genus, aſperum, Deoq; *incredulum*
Flatu ſuo, ore & pectore. Ib.
Sons glorioſus auſa prædicans ſua Eſa. 13.
Eſt par Sodomorum civibus.
Veſtros cecîdi filios, Meam improbè Iere 2.
Quòd diſciplinam ſpreverint.
Quàm pinguefacti verba temſerunt Mea 5.
Homunciones peſſimi? — Aliter.
Ventres ſaginati profanant, & Meos Ier. 5.
Surdâ aure tranſeunt ſonos.
Iugum proceres fregêre: principes viri Ib.
Quòd fornicatores forent.
Avaritiæ ſtudent puſilli & maximi; 6.
Vtriq; rubeſcere inſcij.

Eſt

Est nemo, qui suo super reatu cogitet, 8.
Dicatvé: quid feci miser.
Hirundo, ciconia adventûs diem sui Ib.
Notant: homo negligit Deum.
Ad Me docentem terga verterunt sua, 38.
A Me remotis vultibus.
Si justus iniquè fecerit, facta æquiter Ezech.
Erunt sepulta & irrita. 33.
Tua plebs facit cum veritatis hostibus: Hos. 4.
His iuncta, Mihi contraria.
Sanguis propinquus sanguinem propinquum amat
Pollutione pessimâ. Ib.
Sanare cùm vellem Israëlem, iniquitas 7.
Id respuebat ipsius.
Ex impietate arans, metit malignitas, 10.
Frugesq; edit mendacij.
Sprevêre castigationem Iudicis, Amos 5.
Correptione non malâ.
Odêre Iudicem mali, quem maximè Ib.
Boni expetiêre vindicem.
Redemta civitas protervè spreverat Zoph. 3.
Rem disciplinæ totius.
En obriguêre duriùs Legem ad Dei Zach. 7
Quovis adamante, cordibus. Aliter.
Rigent Adamante duriores pectora,
Ne verba sui audiant Dei.

Surdi fuerant, Me proloquente, quomodo, Ib.
Sic surdus Ero *clamantibus.*
In semetipsis spreverant vocem Dei, Matt. 11.
Et consilium proiecerant. & Lucæ 7.
Est iustificata filijs ab omnibus Ib.
Suis sapientia utilis.
Peiora primis sæpe fiunt ultima, 11.
Postquàm retractantur malè.
Scopis repurgatam domum intrant denuò Ib.
Septem graviores spiritus.
Nemo vocatorum, meæ cœnæ dapes, 14.
Micasvé degustaverit.
Non est repertus, qui rediret, aut daret 17.
Deo *miseranti gloriam.*
Tuæ visitationis tempus, Ierusalem, 19.
Nunquam volebas noscere.
Sui malignè Messiam haud receperant,
In orbe morantem terreo.
Qui credit haud is disperit, sed vitam habet:
Perdit Dei *ira incredulum.* Ioan. 3.
In Filium qui haud credit, is vitam haud habet,
Sed ira Dei *ipsum eliminat.*
Fur, lucis osor, non ad ipsam commeat, Ib.
Facto arguatur ne malo.
Luci tenebras, mente cœca, & perfidâ Ib.
Malè feriati præferunt.

Offensionis

Offensionis ad petram impegêre, ob id 9.
Labante collapsi genu.

Habent Dei *zelum sed absq; scientia,* Rom.
Quam pneuma sacrum sufficit. 10.

Regnum Dei *non possidebunt impij* 1. Cor. 6.
Sontes, ministri Dæmonis.

Quicunq; pios conturbat aut lædit, grave Gall. 5.
Is iudicium Dei *feret.*

Qui fœda sontes perpetrant, regnum Dei Ib.
Nullo assequentur sæculo.

Damnatio imminens reis, exempla dat, 2. Pet. 1.
Pro pœnitentiæ statu.

Natum Dei *conculcat omnis, cui cruor* Hebr.
Pacti illius, pollutio est. 10.

Qui contumeliam sacro spiramini,
Blasphemus in Deum, *facit.*

In luxuriam sontes iniqui transferunt Epist:
Regis superni gratiam. Iudæ.

Quicunq; sordescit lubens, adhuc magis Apoc:
Sordescat, immersas stygi. 22.

CATECHESIS BIBLICAE,

APPENDIX MONODIAE CATECHETICAE IN DECALOGVM.

I. INSTITVTIONIS Christianæ.

Máss to znati o Křestigne wěrny.

SVnt tibi scienda, Christiane,
Quid boni feras Deo favente:
Gratus huîc grates agas,
Ac honorem deferas
Donis tibi pro præstitis.
Cuius ut tu sis imago viva,
Te creavit absq; labe plasma:
Expolitum dotibus
Sepsit, & virtutibus,
Præconditis suæ manûs.
Machinam poli, soli, marisq;,
Quicquid aut tribus tenetur hisce,
Ille condidit tibi,
Subdidit sed te sibi
Benignitate patriâ.
Servus excolas Herum vicissim,

Et

Et parentem gnatus: hoc tributim
Dante, suscipis bona,
(Obses ipsius) tua
Sunt, fraus, tumor, mors, noxia.
Excidis sons quantâ dignitate,
Dæmonis malignâ victus arte:
Comparâris belluæ,
Actuali crimine,
Originali deniq;.
Nil tamen Deus *movetur istis,*
Te nec abdicat, sis quòd rebellis:
Gratiæ sed reddito,
Fert opem tibi suo:
Benignus omni seculo.
Filium demittit huc ab alto,
Qui redux vitæ, necem domando,
Spiritûs charismate,
Et polorum culmine
Te iungeret sibi piè.
Ast ei tu quid boni rependes?
Nil habes, quod ulla parte tentes:
Nec vicem scis reddere,
Nec vales, Deo *sine,*
Qui cuncta solus efficit.
Non is ulla te metalla poscit,
Non molas, non hostias requirit:

Verba nil curans tua,
Mentis optat munera
Veram litata per fidem.
Vult, ut offeras tuum cor illi,
Hoc & excolas eum fideli,
Deserasq́ cætera,
Abnegans te, tum tua:
Totus Deo *sis deditus.*
Exequi sed ista cùm nequibis,
Mente supplici Deum *rogabis,*
Ipsus ad sese trahat,
Teq́ clementer regat:
Amans amantem diligat.
Christe, *te nos illud flagitamus,*
Des, onus iugi tui feramus:
Nil tibi nos auferat,
Sed Fide Spe deferat
Hæreditati cœlicæ.

II. LAVDVM DEI.

Budiž chwála Bohu na wýsosti.

L*Aus* Deo *sit astra possidenti,*
Gratiâq́ nos suâ beanti,
Quem modò nobis
Nuncio pandit datæ salutis.

Pulsus

Pulsus ex Eden, parens Adamus,
Et mali draconis arte lapsus,
Perdidit & se,
Et suos, prævaricatione.
Mentis unde cœcitate pressi,
Pectorisq; pravitate mersi,
Nil sumus: ægri,
Sensuum rebellione, facti.
Hinc opinionibus referti
Pravitatibusq; fascinati,
Damna lucramur,
In penuriâq; mersitamur.
At Deus *volens subinde nosci,*
Ac obedientiâ requiri,
Damna reatûs
Lege detegit censor severus.
Hinc reorum præpotente culpâ,
Sons homo, nocensq; perstat horâ
Prorsùs in omni,
Nec bonum facit motu fideli:
Inde nulla provenit medela,
Maior at tumultibus fit ansa,
Labe protervâ
Instatuta Legis universa:
Exequi tamen tenemur ista,
Lege sanctâ quæ fuêre scripta,

Cuius iota
Vnicum vel, haud peribit ultrà.
Nulla spes fuit relicta nobis
Vi, doloq; Satanæ subactis,
Nostraq; vincla
Res creata non levavit ulla.
Vngenam misit parens ab alto
Nos ut hic iugo gravi revulso,
Exoneraret,
Iustus insuper, reos bearet.
Ergo sumens formulam ministri,
Restitit diro potenter hosti:
Morte cruentâ
Credulis paravit ipse lytra.
Sontibus proin adhæsit insons,
Scita seminans Parentis, ipsos
Inter: ab illo
Quicquid audijsset, hîc docendo.
Haud (ait) valentibus mederi,
Nil egentibus Medente, veni
Ipse: sed ægros
Sospitare glorioſus Heros.
Cognitor nunc esse nolo vester,
Omnium qui sum pius minister:
Mors mea vitam
Conferet fidelibus beatam.

Vos Ego pastor mino bidentes,
Vocibus meis obedientes,
Carneq; pasco,
Et mei cruoris amne poto.
Namq; callis, vita, veritas, lux,
Sum polaris in soli meis dux:
Qui sequitur me,
In chaos perpes nequit venire.
Singuli molestijs gravati
Convenite me Regem: parati
Cernere mitem,
Cordis insuper dolo carentem.
Per sigilla sanguinis profusi,
Faxo vos reapse roborari,
Sive piari,
Charitate seu meâ beari.
Ac licet datus neci, quiescam:
Victor eius, attamen resurgam
Spe redivivâ
Mortuis, fidelibusq; palmâ.
Ad Deum, patrem nostrum reversus,
Vester ac Dei *sequester unus*
Vixero: per Me
Auferetis impetrata quæque.
Vos ego quamvis Mundo relinquam,
Non tamen favore derelinquam

Vox Paracleti:
Veritatis totius Magistri.
Ruminate, sanguinis mei vos
Esse per lytron compar redemtos:
Dogma secuti,
Charitate quod firmum reliqui.
Insequentur me Baal prophetæ,
Signa dando dæmonis vel arte:
Falsa docebunt,
Mortis hostes at meæ patebunt.
Præcavete diligenter istos
Fructibus malis ubiq; notos,
Sit quoq; vobis
Execrandus sermo pseudovatis.
Nomen, ô pater, tuum sacretur,
Regiumq; sceptron elevetur,
Velle tuum sit:
Pastio cotidiana prosit.
Noxias Herus remitte servis,
Nos velut remittimus propinquis
Debita nostris:
A malo tuos dissolve quovis.
Dulce nunc Amen sonemus omnes,
Corde qui sumus pio fideles:
Irrita ne sint
Vota nostra, Christus *ipse faxit.*

Nemi-

III.

Nemiweg předemnau Bohůw cyſých.

NOn deos, pro Me, vanos habebis
Sed meum nomen Verbumq́ amabis.
Sabbata ſacres,
Et colas longævior parentes.
Vltor iratus, nullum necabis:
Mœchus aut adulter, haud patrabis:
Furta cavebis:
Falſus eſſe teſtis haud ſtudebis.
Proximi non appetes ut ædës,
Sic & univerſas ipſius res.
Numen adora:
Proximum tuum curans, honora.
Quod tibi vis, alteri fac ipſe:
Sic tuo quibis Deo *placere,*
Prolis in eius
Sanctitatis, unctione Flatûs.

IIII.

Pán Bůh náſs Deſet ſwých Přikazanij.

COelicus Decem præcepta rector,
Noſter Deus, *rerum ſator*
Per Moiſen ſervum tulit,

Obsequentem plurimùm
Et sibi fidissimum.
Non adores coram Me *deastros:*
Ego Deus *curo pios:*
Concrede totum te Mihi
Fac, ut à te diligi
Corde toto, conspicer.
Ne Dei *nomen sumas inanis*
Vnquam, boni quid si capis,
Adscribito non id tibi,
Sed tuo plastæ, Mihi
Omnium largissimo.
Spiritale Sabbatum celebres:
Tuas in hoc res non ages,
In te meas ut transigam,
Et tuos calles regam
Sospitator unicus.
Moriger Mihi, colas parentes,
Eis honorem deferens
Subinde: curator pius,
Obsequensq́ filius,
Et senectâ vividus.
Invidus, vel iracundus haud sis
Occisor aut trux neminis:
Lenis sed hosti noxio,
Trade vindictam Deo,

Cuius omnis ultio.
Matrimonij fidem tuere:
A coniugatis abstine:
Vitam pudicus exige,
Coniugali fœdere
Iunctus, uxori fave.
Esse noli fur ac fœnerator,
Contractibusq; nequior:
Sis pauperi clementior.
Sic Deo *probatior,*
Consules tibi probè.
Testimonium cavendo falsum,
Fatere vera: proximum
Infamiâ lædi veta:
Innocentem subleva:
Alteri fac, quod tibi.
Concupiscas nullius maritam,
Nec proximi rem quampiam:
Accommodus sis omnibus
Ac per id tibi bonus,
Consules probè tuis.
Hæc decem præcepta sunt relicta,
Sêu cœlitùs nobis data
Pro notione lapsuum:
Vt celebremus Deum,
Pœnitentes criminum.

Nos in hoc iuvet Christus Sequester,
Vtrinq; factus iugiter,
Patris voluntatem Dei
Quò sequamur re Spei,
Obsequentes liberi.
Nunc (Amen) subdamus universi
Poscendo Christi nomine
A cœlico nobis patre
Spiritû sancti dari
Recreamen auxilî.

V.

Chceſſliž k Bohu přigijti.

SI voles Deo frui,
Vult quod ille, præstes:
Qui cupit vitam poli,
Sit Deo cohæres.
Dum rogaret quispiam
De viâ salutis,
Ducit hunc in orbitam
Christus ipse Legis;
Ne colas vanos deos,
Id Fidem requirit,
Quæ Dei dos ac honos,
Impetranda sumit.

Quisquis

Quisquis infidelis est,
Traditur Gehennæ,
Sive Iudæus foret,
Scissor, Ethnicusvé
Christianus seu quoq;
Falsus: abnegatâ
Qui Fide Christi *malè,*
Esset idolatra.
Nomen haud sumas Dei
Vanus, & blasphemus:
Prædo nec sacræ rei
Incubes avarus.
Sabbati colas diem,
Et sacres eundem:
Corpus & mens ut tua
Consecrentur unà.
In parentes sis pius,
Ac reapse gratus:
Perpetim si vivere
Vis in astris, gnate.
Neminem necaveris,
Ius citra, vel æquum:
Solveris reum necis
Gratiæ per actum.
Castitatem diligas
Puritate cordis:

In

In Dei Regno scias
Nil patere mœchis.
Nemini furaberis,
Gharitate ruptâ,
Damna præstes proximis
Redditâ rapinâ.
Falsa testimonia
Exhibere cesses:
Læsa conscientia
Mentis est ruina.
Largiaris de tuo,
Nonq; concupiscas
Proximi rem cum domo,
Coniugem, ministras.
Ista servans, immemor
Nil tuæ salutis,
Corrigas vitam, vigor
Dum tibi sit omnis.
Namq; sisteris miser
Ad Dei tribunal,
Expavescas insuper
Præmij minerval.
Christe, servis des tuis
Conscientiarum
Dona rectitudinis,
Pro salute rerum.

VI.

Bůh wěčný a Nebeský Pán.

DEVS *perennis Rex poli*
Noſci volens cunctis ſoli
Abrâmidarûm ut incolis,
Sic Chriſtianis accolis,
Vtriſq; præſcripſit ſuæ
Statuta Legis cœlicæ:
Audi, tonat, plebs Iſrahel,
Ego DEVS *tibi, vel* El,
Ex ſervitute maximâ
Te liberans AEgyptiâ.
Me præter unum, neminem
Habe Ichovam, *tum Patrem.*
Ad vanitatem nomina
Nunquam (fac) uſurpes mea
Dicto vel actu fervido,
Aut corde multùm perfido,
Sciens, futurum Iudicem
Mali, & boni vindicem.
Memento Sabbati diem
Servare, datam Mi per Fidem,
Verbi per auditum Mei,
Cultumq; præſtitum Mihi
Tum gratiâ, tum laudibus

Domeſticis

Domesticis in cœtibus:
Tui parentes corporis
Et spiritûs, ab intimis
Affectionibus cole,
Et corde fido dilige:
Vt fauſtitatem dem tibi
Longævitate perpeti.
Nullum premens interfice,
Sed Charitatis perfice
Ex motibus vivum fore,
Ac ultionem tradere
Mihi, memento Iehovæ,
Vlciſcar illum debitè.
Non eſto fornicarius,
Adulter, ac injurius:
Mî corde mundi, perplacent,
Fœdi ſed omnes diſplicent
Vtroq; ſexu, labiles
Culpisq; deteſtabiles.
Furtum cavens committere,
Contentus eſto munere,
Quod fers manûs dono meæ
Feresq; poſtmodùm: bene
Iuſtus, fidelis in tuos,
Vel arbitro me, proximos.

Ne falsa testimonia
Des falsitatis practicâ:
Nil falsus ore perfido
Loquare testis, ultio
Divina ne te subruat,
Orciq; pœnis torqueat.
Ne proximi tu conjugem
Desideres, ullamq; rem,
Sêu magna, sêu vilis foret,
Ipsam tibi nil propriet
Ex appetitu noxio,
Vltore summo, Me Deo.
Verere semper unicum
Me, *diligendo proximum,*
Te sicut ipsum diligis:
A Me *feres, quod expetis,*
Aut expetes inposterum
Cœlestis aulæ præmium.

CATECHESIS BIBLICAE,

AD DISTRICTVS

HRADECENSIS BVRGRAvium, Nobilem ac Strenuum Eq: Dn. ALBERTVM KAPAVN de SVVOYKOvva & in Hluſſecio, ipſiusq; Conſiliarios, &c.

ET VRBIS REGINAE HRADECENſis Archidecanatûs Paſtorem, &c.

adeoq;

AMPLISSIMVM CONSVlem, Senatumq;, & Inſpectores Scholæ, &c.

PHALAECI Thomæ Mitis Lymuſæi.

INſignes meritis viri, patresq;
Patroniq; Poëſeos ſacratæ.
Ex cujus mihi nuper officina
Depromtum, metricâq; veſte textum
Donari ſinitote, quæſo, vobis
Librũ in Symbolõ hunc Apoſtolorũ,
Sêu, bis ſex, Fidei profeſſione
Communis, capita, in baſim ſalutis
Diâ de Triade, Vſia ſub unâ,
Omni Chriſtigeno gregi relicta,
Diverſisq;

Diversisq; metris piè ligata,
Si doctè minùs, & minùs politè.
Hæc prodesse Scholis dein valebũt,
Testariq; meam fidelitatem,
Aut veræ Fidei professionem,
In qua nos faciat mori beatè,
Noster IMANVEL Iësvs ille
CHRISTVS: cum Patre qui DEO, sacrâq;
Aurâ, regnat in omne sæculum: Amẽ
Mecum dicite; me, meosq; amate.

Pragâ Veteri circa solennitatem S. & individuæ Trinitatis. An: sal: 1587.

THO-

THOMAE MITIS LYM:
Catecheſis Biblicæ,

ODARVM, THESIVM, HYPOTHEſium, Monodiæq; Bohemicolatinæ in Symbolum Apoſtolicum,

Lib. IV.

ODE AD S. TRINITATEM.

PRæpotens rerum faber atq; cuſtos,
Qui tuâ cum prole, ſacroq; flatu,
Vnus es cunctis pater, ac Iehova
Trinus & unus:
Triplici perſonâ equidem, ſed unâ
Vſiâ, unius Triados ſacratæ:
Ex tua nam quod patefactione
Credimus omnes,
Id Patri, Nato, Halituiq; ſacro,
Proprium citra, damus, attributum:
In fide vera ſtabilem profeſſi
Relligionem,
Quâ ferat ſimplex deitas honorem:
Trina perſonis ferat unione
Simplâ, & æquali venerata quovis
Gloria ſæclo:

Quam

Quam vehit cantus sacer Angelorum,
Quam colunt vectam Dominationes,
Quam potestates superæ tremiscunt,
Concelebrantq́;
Cœlitum turmæ, ac Seraphin beata:
Cum quibus nostras resonare noces
Des, Tibi ut ternum recinatur uni
Sanctus ubivis.

THESIS, ET SVMMA I. PARtis Symboli Apostolorum.

Scriptura sacra testimonium dat id DEO: Parenti, Filio, Spiramini.

HYPOTHESES.

NOster Dominus, Deusq́; *noster unus est:*
Hunc, Israhel, audi & invoca.
Videte, Ego solus quòd Deus *sim, nec Meam*
Communicem ulli gloriam. Deut. 32.
Verbo Domini *creata stant, & ipsius*
Oris reguntur Spiritu. Psal 33.
Nostri misertus est Deus, *dans Filium,* 67.
Auramq́; terris cœlicam.
Ego *omnium sum primus & novissimus:* Esa 5.
Me præter, haud extat Deus. & 44.

Sanctus

Sanctus ter, unus est Herus Deus, *omnia* 6.
Cuius replentur gloriâ.
Ego Patrem *rogabo, qui vobis dabit* Ioan. 14.
Pro Me, Paracletum *perpetem.*
Postquam Paracletus *venerit, quē mittā* Ego
A Patre, *verax Spiritus,* 15.
De Me *dabit ille testimonium:*
Nam prodit à Me, tum patre.
Scimus quòd idolum nihil sit, at Deus 1. Corr.
Est noster in cœlo unicus. 8.
Misit Deus *sui* Auram *ab alto Filij,* Gall. 4
Subindè sonantem: Abba Pater.
Tres in polo dant testimonium, Pater, 1. Ioan. 5.
Sermo, Aura: *tres hi sunt idem.*

I. CAPVT SYMBOL: AP:

Nos credimus vera Fide, unicū ī Deū
Omnis potentię parētem maximum.
Sator poli, soli, sali, custos is est.
Tribus hisq; quę tenentur, omnium

THESIS.

Rerū ex nihilo creatio, & cūra unius,
Perennis item est opus DEI mirabile.

HYPOTHESES.

HOminem Deus *ex humo creatū condidit,*
Ad imaginem vultûs sui. Gen. 1.

Homo

Homo ex humo formatus est, ipsi indito 2.
Divinitùs spiraculo.
Sunt filij Noæ, Semus, Cham, Iaphetus; 9.
Ab his genus humanum est satum.
Deus *pluviam dat esse temporaneam* Deut. 11.
Tam mane novo, quàm vespere.
Omnem unicus languoris ægritudinem, 7.
Servator Ias *auferet.*
Adiutor omnium Deus *mortalium,* Esa 41.
Est matris arcto ex viscere.
Ego *faciam meo arbitratu, quod volo;* 43.
Quis omnium id impediverit?
Quod sum locutus, istud adducam quoq; 46.
Creator & custos potens.
Ego *manibus scriptam his gero te, Ecclesia;*
Muros q; oculis tuos meis. 49.
Nil abbreviata est cœlici manus Patris, 50.
Vt sospitare non queat.
Iehova *clemens est recordatus mei,* 51.
Ex matris alvo dum exij.
Vnum Abraham vocavi & auxi plurimo Ib.
Benedictionis germine.
Novi priùs, quàm te creavi conditum Ier 1.
Tuæ in parentis viscere.
Ego *maris profunditati littora* 5.
Aptavi arenæ copiâ.

Numquis potest abdi locis in abditis, 23.
Ne possit à Me conspici?
Ego polos, terras, & æquor impleo, Ib.
Potentiâq; & gloriâ
Tellurem, homines, iumenta quæq; feci Ego,
Et cui volebam, subdidi. 25.
Deo viâ gnatorum Adæ omnẽ conspicit Esa. 32.
Visam irretorto lumine.
Vocabo frumentum, arboris fructum, herbam agri
Multiplicabo germine. Ezech. 36.
Mutat Deus ætatumq; & annorum dies;
Confert, adimitvé regna item. Dan. 2.
Iuxta voluntatem suam Deus facit 4.
In cœli, & humi virtutibus.
Deus vocans aquas maris, terram obruit,
Ac eluvione subruit. Amos 9.
Cœlestium regnator altus agminum, Ib.
Terram paventem concutit.
Intrinseca renum & cordium Ias perspicit,
Extrinseca homo at modò aspicit. Hos. 2.
Locusta, vermis, bruchus, aspis, eruca Ioel 2.
Sunt arma Dei iræ, tum manûs.
Tuæ manûs sum plasma, rerum Conditor, Iob.
Per circuitum totus meum. 10.
Est in manu Dei omne vivens, & trahens 12.
Mortalitatis spiritum.

Deus

Deus *meas considerat vias: meos* 31.
Gressus numeratos aspicit.
Dies, vias, gressus ad hæc mortalium 34.
Notant Iehovæ *lumina.*
Escam quis astorgi datam corvi parat Esa. 39.
Pullo invocanti Iehovam?
Magnum & pusillum fecit, ac æqualiter Sap. 6.
Vtrumq; providet, Deus.
A magnitudine atq; plenitudine Ib.
Rerum Pater cognoscitur.
Mortalium viæ haud latent Deum, *cui* Syr 77
Passim nihil est absconditum.
Mortalitatis semitæ sunt lucidus, Ib.
Sol in Dei *conspectibus.*
Sunt lucidiora Sole claro, lumina Ib.
Dei *intuentis singula.*
Deum *ante patrem dicta, & acta singulis* 40.
Semper patent recondita.
Nostros dies à ventre matris, supputat Ib.
Deus, *resectos excipit.*
Dei *benedictio parentis provida,* 50.
Pios locupletes facit.
Mens præ cibo, præ veste corpus splendidâ,
Pluris fit altori Deo. Prov. 36.
Solem aureum lucere pravis & bonis Matt. 6.
Promiscuè, sinit Deus:

Solomon in omni gloriâ haud sic fulserat, Ib.
Vnum velut his ex liliis.
Vento, mariq; Christus *imperaverat,* 8.
Divinitate pro suâ.
Ne passer unicus quidem in terram cadit, 10.
Vestri citra nutum Patris.
Vel unicus passer Deo *altori suo* Lucæ 12.
Oblivioni haud traditur.
Ad iussa Christi, *febris à socru Petri* 4.
Recedit, eamq; deserit.
Terram Deus *fœcundat imbre nubium,*
Et reddit annum fertilem. Actt. 14.
In Iehova *sumus, movemur, vivimus,* 17.
Parente, Patrono, arbitro.
Vnus dies apud Deum, *annos labiles,* 2. Pet. 3.
Hos mille nostros prævalet.
Omnis creatura est bona & verbo Dei 1. Tim. 4
Sacratur & piâ prece.
Sunt Angeli boni divinitus dati
Fidæ, agmini fidelium, custodiæ.
Dominus *comitem viæ tibi addat Angelum,*
Iterq; dirigat tuum. Gen 24.
Mons plenus equorum & curruum flammantium,
Syris Elisæum eripit. 2 Reg. 6.
In circuitu timentium Dei *armiger* Psal. 34.
Stat, ut tegat ipsos, Angelus.

Deus

Deus *suis mandavit Angelis, pios* 91.
Custodiant horum in vijs.

Suos Deus *Angelos facit q3 Spiritus,* Psal. 104.
Et administros flammeos.

Misit Deus *Angelum, ministros q3 eruit* Dan. 3.
Fornace suos è flammeâ.

Misso Deus *Angelo, os leonum clauserat,* 6.
Daniel ut illæsus foret.

Homo, si ambulaveris Meis in semitis, Zach. 3.
Dabo comites tibi Angelos.

Puellulorum semper Angeli vident Matt. 18.
Vultus Parentis cœlici.

Videbitis cœlos apertos, & Dei Ioan. 1.
Mihi *ministrare Angelos.*

Hæredibus salutis, Angeli excubant, Hebr. 1.
Custodiæ illorum additi.

Ad Angelorum mille millium sacram, 12.
Accedit is frequentiam.

Sunt insuper mali Angelorũ spiritus: Mortalibus pijs nocivi plurimùm.

Malos per Angelos malis mortalibus, Psal. 78.
Vexatio & ira immittitur.

Diabolus cordi imminens securo, ei Lucæ 8.
Verbum salutis eximit.

Domum repurgatam scopis, septem incolunt 11.
Sceleratiores spiritus.

Mendax, homicidaq; est Satan exordio Ioan.*8.*
Ab huius orbis conditi.
Mundi istius princeps adest, sed in Me habet
Nil iuris, habere nec potest. Rom.*14.*
Pacis Deus, *sub calcibus vestri pedis* *15.*
Satanam furentem conterit.
Non inscij sumus, Satan quid cogitet 2.Corr.*2.*
Aut machinetur artifex.
In lucis Angelum Satan hypocrisi suâ Ib.
Se transfigurat subdolâ.
In Principes Mundi ac tenebrarum Duces,
Est lucta mentibus pijs. Ephes.*6.*
Ad Dæmonis feri voluntatem efferam, 2.Tim.
Laqueis tenentur impij: *2.*
Leonis instar rugientis, circuit 1.Pet.*5.*
Trux noster adversarius.
Michaeli, & eius Angelis, Draco vetus Apoc.*12.*
Arma inferendo, victus est.
Dei *ante vultum Satanas nocte ac die* Ib.
Defert pios & arguit.
Satan suo exibit solutus carcere, *20.*
Gentesq; seducet reas.

AD DEVM PATREM.

REx supreme poli, sali, soliq;,
Totiusq; parens benignitatis,
Da nobis soboli tuæ, precamur,

Sancti

Sancti Evangelij pios ministros,
Rectoresq; Fori, Scholæ, domûsq;
Fidos ex benedictione diâ,
Quæ sanctos locupletat una cœtus,
Servat, multiplicat, fovet, serenat:
Da cunctis hominum piæ cohortis,
In toto orbevé Christianitatis,
Sacrum pneuma, tui favoris arrham:
Nobiscum venerentur, invocentq;
Verum te sibi & unicum IEHOVAM,
Missum cœlitùs hucq; Christũ Iësum:
In quem omnes fidei professione,
Necnon glorificatione iugi
Eius nominis, ac necis beatæ,
(Mundo, crimine, carne, Satanaq;
Victis undiq;) cœlitum beata
Inter gaudia, consequamur astra:
Nimirum merito, Tuiq; lytro
Condigno ungeniti, ducisq; nostri:
Qui Spiraminis unione sancti,
Tecum rex superat DEVSq; verus
Ac unus deitate sempiternâ,
Trinâ at nomine, vivit omne in ævũ.

II. PARS SYMB: APOST:

In Christum Iësum singuli credãt piè,
Ac Spem Fidei suæ, basimq; collocẽt.

Conceptus est enim sacro spiramine,
Castaq́; natus ex Maria Virgine:
Sub Pontio passus Pilato Præside:
Fixus cruci defunctus & sepultus est;
Descendit ad inferos: die sed tertio
A morte devictâ, resurrexit gigas.

SVMMA II. PARTIS
Symboli Apost:

Credo, quòd Iësus ille Christus sit Deꝰ,
Patre éditus DEO ante quęvis sęcula,
(Natus sed in sæclo, ex Mariâ Virgine)
Meus sit Herus, q̣ me redemit p̣ditū,
Culpâ Parentûm, originalem per luē,
Meâq́; propriâ, per actus criminum.
His me piavit sospitator unicus,
Et liberavit á necis tyrannide,
Iugoq́; dæmonis: metallis haud q̣dē
Auri vel argenti, lytro sed sanguinis
Sui, suâq́; passione innoxiâ:
Vt totus essem ipsius, ipsi & viverem.

HYPOTHESES.

Persona CHRISTI Emanuelis pingitur,
His in locis, & picta, dignè pangitur:
Fides at in illum, Messiā Mūdo datū,
Est relligionis Christianorum caput.

Non auferetur Sceptrum Iúda regium, Gen *29.*
Nec Dux femore eius exiens,
Donec Siloh *adsit, Gentium expectatio:*
Almæ *sacro partu éditus.*
Ad Me Dominus *dixit: Meus Tu Filius:*
Te *Mî hac genitum die, tuli.* Psal. *2.*
Instar pluviæ descendet in vellus: humum *72.*
Siccam humido rore imbuet.
En Concipiet Virgo, *éditura Filium:*
Emanuel *is vocabitur.* Esa. *7.*
Est parvulus Nobis *satus,* Nobis *datus,* *9.*
Deiq; *&* Almæ *Filius.*
Rorate cœli desuper: nubes pluant *45.*
In ima iustum Messiam:
Tellus aperta, sospitatorem sacrum
Totius orbis germinet.
Iustum excitabo Davidi germen meo: Ier. *23.*
Regnabit, & sapiens erit,
Et Iusticiam terris ab alto deferet,
Ac iudicij throno teget.
AEternitatis sempiternæ conscius, Mich. *5.*
Est principis ortus Messiæ.
Movebo polum, terram, mare: ut stet omnibus
Desiderabilis salus. Hag. *2.*
Tu Christe, *vivi filius verè es* Dei, Matt. *16.*
Confessor asserit Petrus.

Hunc Filium charum Mihi, *& vobis datum,*
Audite Magistrum singuli. 17.
Tuus, Maria, fœtus ille erit sacer, Lucæ 1.
Deiq; *Patris Filius.*
Per viscerum Dei *Patris clementiam,* Ib.
Nos visit ab alto Messias.
Vobis, ait Angelus, Redemtor est satus, 2.
Qui Christus *ex re dicitur.*
Verbū caro factū est, *atq; in hoc Mūdo reis*
Mortalibus convixerat. Ioan. 1.
In carnis amictu, gloriam conspeximus Ib.
Dei *& Mariæ Filij,*
Deprêndimusq; eum esse plenum Gratiâ
Et veritate cognitâ.
Divinitate Prodromo Christus *prior,* 8.
Est posterior natalibus.
Ego *sum prior vestro Patre Abraham, asserit*
Verax Apellis Messias. Ib.
Misit Deus *Orbi, fœminâ prolem satam,*
In tempore plenitudinis. Gal. 4.
Splendor Parentis gloriæ, Icon usiæ Hebr. 1.
Est Christus, *est Natus* Dei.
Id officium est personæ Iësu Messiæ,
Quod cōtinetur lēmatis, thesi istius.
Semen muliebre conteret tibi caput: Gen. 3.
Tu calcem ei rodes, Draco.

In Semine,

In Semine, Abraham, tuo, universitas, 22.
Erit benedicta, Gentium.
Corruptibilis nihil caro Mea, in petra Psal. 16.
Busto quiescet spe bonâ:
Deus *haud animam linques in inferno Meam:*
Tu Me reducem vitæ, asseres.
Quæ non rapui, isthæc Ipse *persolvo lytra,* 69.
Redemtor insons sontium.
Mortis suæ in viâ, Bibet *torrentem aquæ,* 110.
Tollet nihilominùs caput.
Est Christus *angularis effectus lapis,* 118.
Reiectus ab extruentibus.
Ego *sum,* Ego *sum, qui tuas, ob Me, Israël,*
Iniquitates deleo, Esa. 43.
In Se *ægritudinem Ipse nostram transtulit:*
Nostrum Ipse dolorem sustulit. 53.
Peccata propter nostra vulneratus est:
Livore sumus sani illius.
Nostram Ipse luit pœnam, remissio Ib.
Culpæ reis; paxq; ut foret.
De iudicio, atq; angustiâ sublatus est:
Vitam quis édet illius?
Propter populi scelus Mei, percussi Eum: Ib.
Dispertij prædas ei.
Quas victor auferat dirâ fortissimus
In morte sortis horridæ.

Erit

Erit sepulchrum gloriosum Messiæ, Ib.
Ex gloriosâ anastasi.
Calcavi Ego *solus Gehennæ torcular:* Ib.
Nemo Mihi *adiutor fuit.*
O mors, tua Ipse *mors ero: morsus tibi,* Oseæ 13
Inferne: tu Mî præda eris.
Ascendet in cœlum, secuturis viam Mich. 2.
Pandens apertam servulis.
Rex Christe, *cruore fœderis Tui è lacu*
Vinctos redemisti Tuos. Zach. 9.
Sudabat, in horto Christus *orans, sanguinem,*
Guttis humi cadentibus. Matt. 26.
Oportuit Christum *pati, ac resurgere*
A morte, tertio die. Lucæ 24.
Erat moriturus gratiâ gentis suæ, 11.
Quam congregaret undiq;.
Sublatus à terris Ego *unus, omnia* 12.
Ad Me potenter attraham.
Dicens Iesus: *cuncta consummata sunt,* 18.
Expirat, & inclinat caput.
Ex consilio Dei, *atq; præscientiâ* Actt. 2.
Christus *revixit à nece.*
Ob nostra Christus *ausa obit, vitæ redux,*
Ac Iustitiæ dator, redit. Rom. 4.
Christus *cruci fixus,* Dei *est virtus Patris;*
Fons est sapientiæ Pijs. 1. Cor. 1.

Me

Me iudico nil scire, quàm Christum crucì
Fixum, poloq; redditum. 2.
En immolatus Pascha nostrum, Christus est,
Epulemur omnes suâviter.
Infirmitate Christus humanâ, cruci 2. Cor. 13
Fixus, revixit ex Deo.
Christus Deo factus patri est obœdiens
Ad usq; necem: at necem crucis: Phill. 2.
Non esse rapinam, duxit æqualem Deo
Se, servulum fore omnium:
Salutis auctorem Deus nobis datum Hebr. 2
Crucis nece consummaverat
Per proprium Christus cruorem ingressus est
In Sancta: redemtor omnium. 9.
Oblatus est cunctis semel pro crimine 10.
Oblitterando per necem,
Perfecit æternùm sacros Christus greges,
Oblatione in unicâ.
Iesus sacræ portam urbis extrà, passus est, 13.
Eatur obviam sibi,
Eiusq; crucis probrum efferatur quodlibet,
Ad cœlitûm consortia.
Pacis Deus, æterni cruore fœderis, 1. Pet. 1.
Pastorem ovium ter maximum,
Et Christum Iësum, Principē nostrum, horri-
Resuscitavit à nece. (dâ

En Christi *habitus nobis crucem prænunciat*
Ad spem perennis gloriæ.
Est mortuus nobis semel Christus *reis*
Iustus, Deo *quos sisteret.*
Ascensio Christi in polos & sessio
Ad dexteram DEI parētis, hinc patet.
Ascensor in cœlos, opem sibi feret: Deut. *33.*
Cœli, soliq; prapotens.
In iubilo vocis, tubæ in clangoribus Psal. *47.*
Ad astra scandit Iehova.
Dominus Domino *dixit meo: dexter Mihi,*
Hostes tibi dum teram, asside. *110.*
Est præpotens virtute præstantissimâ *118.*
Domini *polorum, dextera.*
Illâ die stabit sacratus Messias, Zach *14.*
In monte olivis consito.
Omnis potestas in polo, terrâ, mari, Matt. *28.*
Data est Mihi, Christus *sonat.*
Mortalitatis filium videbitis Mar. *14.*
Sedere dexteram ad Dei.
Ascendo Patremq; ad Meum & vestrum Patrem:
Meum ad Deum, *& vestrum* Deū. Ioā. *20.*
Christus Dei *ad dextram sequester unicus.*
Nostram perennè causam agit. Rom. *8.*
Purgatione criminum factâ, assidet Hebr. *1.*
Christus *suo dexter patri.*

Excellior

Excellior factus poli fastigio, 7.
Regnat potenter Messias.
Est pontifex nobis sedens in gloriâ 8.
Sedis poli, & amplitudinis.
Habemus apud Patrem Advocatum nos rei
Iustum: hic Iësus Christus *est.* 1. Ioan. 2.
Domine, & Deus *noster bone, es dignissimus*
Virtutis honore & gloriâ. Apoc. 4.
Agnus Dei *occisus meretur gratiam,* 5.
Solennitatem, gloriam,
Benedictionem, fortitudinem, decus
Honore iugi, assumere.
Regnum istius mundi Deo, & Christus *ipsius*
Datur perenni sæculo. 12.
Venturus est huc iudicare mortuos,
Vivosq; censor omnium iustissimus.
In æquitate ac veritate singulos, Psal. 9.
Dijudicabit Arbiter. & 96.
Iudex Deus *noscetur ultimâ die:* 10.
Sons prênsus erit facto in suo.
Opus suum iuxta, cui libet Deus 62.
Condigna reddet præmia.
Resurget, ac vicem rependet singulis Syr. 17.
Prout merentur, in caput.
In maximâ stabunt pij constantiâ Sap. 5.
Adversus hostes improbos.

In nostra opera inquiret Deus: *scrutabitur*
Is cogitata cordium. 6.
Horrendus apparebit, & brevi quidem, 18.
Iudex severus omnium.
In iudicium adducet Deus, *quæ sint benè,*
Aut facta malè à mortalibus. Eccl. 12.
Descendet ab alto, Christus *Orbis Arbiter,*
Functorum item ac viventium. Esa. 66.
In igne & ense iudicabit singulos
Mortalitatis filios.
Iuxta est Domini *magnus dies, celer nimis:*
Consistit en in limine. Soph. 1.
In igne zeli Iehovæ *vorabitur,* Ib.
Consumta, tellus, undiq;.
Iehova *festinus veni, nec incolas* Ib.
Telluris absumi sine.
Qui haud corriguntur increpationibus, 12.
In Iudicij die cadent.
Tunc congregabit triticum sub horrea, Matt 12
Paleas q; tradet ignibus.
In Iudicij die, ocioso è verbulo, Ib.
Reddent rationem singuli.
Amice dic, huc quo subintrâsti modo, 22.
Sine nuptiali sindone?
Vigilate: nescitis enim quâ venerit 24.
Horâ supremus arbiter.

Iudex

Iudex in extremo die malum malis Ib.
Addet ministrum hypocritis,
Hircosq; segregabit à bidentibus,
Sumtis in ovile cœlicum.
Veni, benedicte grex Patris Mei, & tui: 25.
Parata ab ævo, regna habe.
In nube meantem gloriâ & potentiâ, Mar 14.
Homine éditum, videbitis.
Estote parati, quâ haud putetis horulâ, Lucę 12.
Natus venit Patris Dei.
Instar laquei, telluris incolas premet 21.
Dies supremi Iudicis.
Plagas feret servus, sciens, nec exequens, Ib.
Heri voluntatem sui
Multum cui datum est, ab hocce plus minæ, Ib.
Sibi exigetur creditæ.
Transibit æther, terra, pontus: at Dei 21.
Verbum manebit perpetim.
Tuæ rationem villicationis, & Ib.
Vocationis redde homo.
Dat iudicium omne Filio Pater: dedit, Ioan 5.
Dabitq; in omne sæculum.
Olim videbunt, fixerint cui latus; 18.
Pedes, & extentas manus.
In æquitate Mundus hic censebitur, Actt. 17.
Per iudicem datum à Deo.

Sistemur

Sistemur omnes ante Christi *iudicis,* Rom.14
In nube, tribunal arduum.
Pro se rationem quisq; Christo *iudici* Ib.
Reddet, die novissimâ.
Secreta cordium revelabit Deus, 1.Cor.4.
Et consilij sensa abditi.
Ipsos vel Angelos piè censebimus: 1.Cor.6.
Quanto magè secularia.
Grex sanctus istud iudicabit sæculum, Ib.
Quòd in maligno sit situm.
Fur qualis atrâ nocte, latroq; advenit: 1.Thes.5.
Talis suprema erit dies.
Cùm dixerint: pax altaq;, & securitas,
Tunc summa dies Mundo ingruet.
Iësus *è cœlo redibit in solum,* 2.Thes.1.
Vtrinq; septus Angelis.
Per devorantes quæq; flammas Arbiter
Evangelij hostes puniet. Hebr.10:
Brevi veniet, nec immorabitur diu 1.Pet 3.
Iudex supremus omnium.
Tellus, poliq; sunt reservati ignibus Ib.
Ad iudicij extremam diem.
Cœli atq; tellus conflagrabunt, funere, 2.Pet.3.
Mersi supremi temporis.
In iudicij urendos die, Deus *malos*
Servare novit cognitor.

Vltor

Vltor Dominus *venit sacris cum millibus*
Pro iudicandis fontibus. Iudæ Canō:
Dicent petris & montibus rei: abdite Apoc. *6.*
Nos ira ab Agni Iudicis,
Timete Deum *sancti: exhibete honorem ei:*
Adventat hora Iudicis. *14.*
Evangelij de CHRISTO Iësv munera
Promuntur, & panguntur hîc probè.
Tuo, *Abrahame, totius gentes soli* Gen. *22.*
Benedictæ erunt in Semine.
Viti alligans asellulæ pullum, Lavat *49.*
Cruore stolam; mero togam.
Vatem excitabo: quisquis hunc obaudiet,
Meam ultionem sentiet. Deut *18.*
Ex devorante pastus, ex fortissimo Iudd. *14.*
Dulcedo fluxit mellea.
Libri in capite extat quale de Me *oraculum:*
Sic páreo Messias Deo. Psal. *40.*
Ingens benignitas Dei *atq; veritas* *57.*
Nubes operit, cœlos tegit.
Clementia & fides tua excellit polos: *63.*
Vitâ potior stat quâlibet.
Noster Deus, *noster q;* Herus *salvator est*
Mundi, necis suæ exitu. *68.*
Christus *populi sui beabit pauperes,* *72.*
Salvans eorum liberos.

Et

Et iustitia, & pax, tempore exorta illius,
Cum Lunâ erit durabilis.
In regna lucis, ex tenebris & necis 107.
Vmbrâ reducit Messias.
Dei *benignitatis in pios greges,* 145.
Vincunt opera eius singula.
Cum filijs mortalium convivere Prou. 8.
Iuvat Sapientiam Dei.
Fregisti oneris iugum atq; virgam brachij: Esa. 9.
Exactor occumbet flagris
Vocabitur Admirabilis, Consultor, & Ib.
Fortis Deus, *sæcli Pater*
Instantis, & Dux, aureæ & pacis dator,
Et luminis Lux, Messias.
In æquitate iudicabit pauperes, 11.
Eritq; lenis lenibus.
Non est Mihi *indignatio, sed gratia* 27.
Iugis meos in subditos.
Manu è Domini *duplex recepit commodum,*
Pro quolibet reatuum. 40.
Agnos suo in sinu levatos Messias, Ib.
Fœtas bidentes baiulat.
Tuo vocatum te redemi nomine: 43.
Es Tu meus, Ipse sum tuus.
Propter Meum nomen benignum, amovero 47.
A te furorem iræ meæ.

Captivitas

Captivitas tolletur à forti: quod is 49.
Abegit, asservabitur.
Gratis quidem venundati estis, Messia 52.
Gratis redimemini à Meo.
Sui agnitione, Messias servus Meus, 53.
Sibi beabit subditos.
Pro transgredientibus rogavit, & sui Esa. 53.
Compos statim voti extitit.
Iuravi & adhuc iurans tibi Meam fidem 54.
Astringo, in irâ haud te premam.
Montes movebuntur, trementes: at Mea Ib.
Tecum manebit firma pax.
Vt lac merumq; ematis argento sine, 55.
Ad Me universi currite.
Sum missus, ut contrita foler pectora, 61.
Et carcere aperto liberem.
Blanditur ut mater benigna liberis, 66.
Sic vos paternè Ego *regam.*
Sugendum ad uber matris afferemini: Ib.
Meo in sinu educabimini.
Turbata nil sum, quando Pastorem sequor
Ovis misella, Messiam. Ier. 12.
Pacis super vos cogitata proferam, 29.
Non ultionis, tempora.
In perpeti dilectione te Mihi 31.
Miserator attraxi pius.

Quod deperijt, requiram id, & custodiam: 34.
Quod pingue, valensq; est, protegam.
Humana gens, tu pascuæ grex es Meæ, Ib.
Ego *tuus sum* Iehova.
Sponsabo te Mihi æquitate Iudicij, Hos. 2.
Benignitateq; & fide
Pascet Dominus suos, ut agnum, qui bene 4.
Pastus, salit amplis in vijs.
Est præparatus Messiæ adventus sacri, 6.
Cêu mane novo diluculum.
Doles hederæ, de qua laborâsti nihil: Ionæ 4.
Ego *Ninivæ haud pepercerim?*
Nunc, gnata Sionis, iubila: Rex en tuus
Iustus veniet tibi, ac inops. Zach. 9.
Non huc Ego descendi ab alto, ut solverem
Legem, sed implerem magis. Matt. 5.
En cuncta sunt parata, cuncti protinùs 22.
Venite sacras ad nuptias:
Misertus est Christus *suorum, qui, ut greges*
Pastore carentes, degerent. Mar. 1.
In posterorum prosperantur posteris, Lucæ 1.
Dei *timentes solius.*
Auctoritate, viq; pellit dæmonas 3.
E corpore humano, Deus.
Divina virtus exit à Christo, *statim* 5.
Vt sanet omnes morbidos.

Homine

Homine éditus, non perditum venit reos: 9.
At sospitatum perditos.
Fortem armigerum devincit armis fortior, 11.
Eiusq; prædam dividit.
Proles hominis venit requisitum è polo, 19.
Quod perditum esset in solo.
Pax alta sit vobis: Ego sum, parcite Lucæ 24.
Cuivis timori cum metu.
Ex Messiæ omnes plenitudine hausimus, Ioan. 1.
Ex gratiâq; gratiam.
Lex per Moisen tradita est: at veritas Ib.
Et gratia per Christum *datur.*
Nemo Deum *conspexit unquam: Filius* Ib.
Nisi Patris exiens sinu.
Mundum Deus *dilexit in tantùm, ut suum* 3.
Donaret illi Filium:
Vt quisq; in eum credens, eat non perditum:
Vitam perennem sed ferat.
Qui non honorat Filium, non afficit 5.
Honore Patrem cœlicum.
Hoc velle Patris est Mei, ut, quæ mî dedit, 6.
Servem, ac die ultimâ excitem.
Quod dat Pater Mihi, *illud omne ad* Me *venit,*
Foras nec eiectum perit. Ib.
Lux Mundi Ego *sum: qui Me laborat insequi,*
Non in tenebris ambulat. 8.

Divina

Divina si vos liberabit veritas, Ib.
Verè estis omnes liberi.
Meum diem Abraham videre gestijt: Ib.
Videndo gavisus fuit.
Noscunt oves pastoris os, pfytta & sonans:
Sequuntur haud extraneum. Ioan. 10.
Oves Meas nosco, atq; noscor à Meis Ib.
Bidentibus, pastor bonus.
Veni huc Ego pastor, ex Me oves uti meæ Ib.
Vitam referrent perpetem.
Ego resurgendo, meis fidelibus, 11.
Vitæ redux sum, Christe ais.
In Mundum Ego Lux veni, ut omnis in Me habēs
Fidem, in tenebras non ruat. Ib.
Vt iudicem Mundum, haud ab alto contuli 12.
Me ad ima: servatum at reos.
Ni, Petre, lavero te, habebis haud dein 13.
Regni Mei partem in polo.
Qui conspicit Me, conspicit Patrem Meum, 14.
Cordis fideli lumine.
Sum vitis Ipse: vos at estis palmites, 15.
Et palmitum propagines.
Dilexit ut me cœlicus Pater: meos Ib.
Fratres Ego sic diligo.
Hæc est perennis vita, noscant unicum 17.
Vi te Deum & Patrem Pij,

Missumq; Me à Te Christum Iësum Mes-
Sanctis receptum Patribus. (siam,
Regnum est Mihi spiritale, cœlicum insuper,
Mundo quod ex hoc non erit. Ioan. 18.
Non est alio salus in ullo nomine, Actt. 4.
Quàm Christi Iësu Messiæ.
Per transitum Christus levabat dæmone 10.
Pressos, & ægritudine.
Ecclesiam Christus cruore acquisijt 20.
Sponsam sibi: nurum Patri.
Reconciliati, hostes adhuc, Deo sumus Rom. 5.
Mortem per eius Filij
Culpâ unius, reos in omnes it lues: Ib.
Sed iustificatio à Deo.
In carne reatum sustulit, reatibus 8.
Mundi expiatis, Messias.
Non filio Deus pepercit proprio, Ib.
Nos propter omnes tradito,
Nobis quoq; adoptivis in illo prolibus,
Cur non daret idem singula?
Non in volente, seu currente stat salus: 9.
Dei at miserantis, munus est.
Est meta Legis Christus, & credentibus 10.
Ad iusticiam perpes decus.
Non ex opere est salus, sed Gratiâ: Ib.
Hanc ne evacuaret debitum.

Sub infidelitate concluſit Deus Ib.
Omnes: miſerator omnium.
Nobis Sophia, ſanctitas, redemtio 1. Cor. 1.
Et Iuſtitia las Chriſtus *eſt.*
Præ Chriſto Iëſu, *nemo fundamen ſuæ* 3.
Aliud ſalutis collocet.
Vos iuris haud veſtri eſtis, at Chriſti *unius* 6.
Lytro redemti maximo.
Sum quicquid, illud ſum Dei *per gratiam* 15.
In me efficacem ſervulo.
Adam univerſis cauſa mortis quomodo, Ib.
Sic anſa vitæ Chriſtus *eſt.*
Nos propter inſontem Deus *fecit reum,*
Vt iuſtitia is nobis foret. 2. Cor. 5.
Chriſtus *locuples, nos egenus propter eſt,* 8.
Quos ditet egeſtate in ſuâ.
Sonti, reſipiſcentiq; ſufficit favor 12.
Chriſti *Redemtoris pij.*
Emortuus ſum Lege, ob eius vinculum: Gall. 2.
Vivo ſalutis nuntio.
In tantum amavit me Dei *Natus Patris,* Ib.
Cauſa mei ut ferret necem.
Chriſtus *maledictione Legis irritâ,* 3.
Nobis benedictio datur.
Qui nomen à Chriſto, *genusq; ducitis*
Omnes in eo unum eſtis Fide: Gall. 4.

A Lege redemit nos adoptionibus
In filios Dei *patris.*
Vos qui à Deo *remoti eratis, iam propè*
Estis cruore in Meßiæ. Ephes. 2.
Lucrarer ut Christo, Dei *per gratiam,*
Damnum lucrum esse, censui. Philip. 3.
Possum omnia, Christo *dante robur, exequi*
Vocationis munia. 4.
Deus *potestati tenebrarum erutos,* Colos. 1.
Regno Sobolis nos intulit.
Ecclesiæ Christus *caput prænobile,* Ib.
Haud membra deseret sua.
Reconciliamur fusione sanguinis Ib.
Christi, *in crucis arâ, pro reis.*
In Christo *habes thesauri opes reconditas*
Sapientiæ ac Scientiæ. 2. Colos. 2.
Divinitatis plenitudo totius Ib.
Vestita Christi *est corpore.*
Cum Christo *elementis omnibus mundi istius*
Missis, Deo *iam vivimus.* Ib.
Nos à secuturâ Dei *iracundiâ* 1. Thes. 1.
Servator Iësus *liberat.*
Nos haud ad iram, sed salutis anchoram
Deus *repostos, sospitat.*
Iësus *amavit nos, & æterni dedit* 2. Thes. 2.
Solatij spem gratiâ.

*C*unctos homines vult esse salvatos Deus:
*V*ult nosse veri tramitem. 1. Tim. 1.
*V*nus Mediator est Dei & mortalium,
Christusq; homo verus, & Deus.
Christus necis est victor potens, & lumine
*E*vangelij, vitæ dator.
Christi sumus redemti sanguine & lytro:
*A*gni immaculati & segregis. 1. Pet. 1.
Christus lapis spretus ma'è extruentibus, 2.
*S*ubvectus honore est à Deo.
*A*d Episcopum, mentisq; pastorem piæ, Ib.
*V*ersi estis in verâ fide.
*Q*ualem, videte, charitatem nunc Deus,
*N*obis parens, ostenderit, 1. Ioan. 3.
*V*t nominemur, atq; simus filij
*A*doptionis ipsius.
*I*n hoc quidem hîc apparuit Natus Dei, Ib.
*V*t dæmonis acta destruat.
*A*mor Dei hinc patet, quòd ipse nos prior, 4.
*H*ostesq; adhuc, amaverit.
*A*utor Fidei, Legisq; adimpletor Pijs Hebr. 12.
*E*st Christus Iesus Messias.
*P*rimogenitus, princepsq; mortuis adest
Christus, soliq; Regibus. Apoc. 1.
Dei Agne, cæsus es: redemtos ut tuo 5.
*N*os expiares sanguine.

Stolas

Stolas dealbârunt suas in sanguine 13.
Agni rubente, Martyres.
Prædestinatîo quid sit ævo perpeti,
Dictis in his sacrata mõstrat pagina.
Diebus antiquis quod antè protuli, 2.Regg.2.
Nunc plasma idem adduxi Deus.
Scrutator ab excelsâ opprimetur gloriâ, Esa.31.
Quam dia maiestas habet.
Qui vitam erant præordinati ad perpetem,
Hi credidêre Apostolo. Actt.13.
Prædestinationis notum opus Deo est Ib.
A sæculis in sæcula.
Deus *suum cùíq; tempus præscijt* 17.
Habitationis termino.
Sunt iudicij viæ Dei *inscrutabiles,* Rom 1.
Minusq; vestigabiles.
En vasa præparavit gratiæ Deus, 9.
In gloriam laudis suæ.
Qui es tu homo, respõsitare qui Deo Ib.
Recalcitrator sustines?
Electionem gratiæ iuxta Dei, Ib.
Non relliquiæ sunt perditæ.
Sine pœnitentia, vocatio ac opus Ib.
Sunt dona pravis perdita.
Ex Ipso, in Ipsoq;, & per Ipsum singula 11.
Passim præordinata sunt.

In Christo, *adoptavit* Deus *nos, Filio,*
Prædestinatos filios.
Nos Christus *elegit sibi ante fabricam*
Mundi triformem triplicis. Ephes.1.
Sanctâ vocatione nos vocaverat, 2. Tim.1.
Per gratiam Christi, Deus.

ODE EVCHARISTICA. pro redemtione humani generis.

Iesu Christe Dei *propago vivi,* Ioan.1.
Qui sine principio, qui sine fine λόγος,
Es substantiæ imago viva Patris, 2. Corr.4
Eius & Iconis gloria, splendor, honos:
Secla ante omnia, natus ex eodem Ebrr.1.
Sub maiestatisq3 Esse, & honore pari.
Te de lumine lumen, atq3 verum
De genitore Deo, *pronus adoro* Deum,
AEqualem tuo in omnibus parenti:
Per te cuncta suo stant q3 vigent q3 statu. Colos.1
Grates unde tibi subindè pango
Cunctis pro donis, muneribusvé tuis,
Quòd in tempore constitutionis, Gall.4.
Iuxta decretum, consiliumq3 Patris,
Et pro velle tuo, minùs coacto,
Propter nos homines liqueris astra poli,

Pro

Pro nostrâq; salute, es è sacrato
Flamine conceptus. virgine matre satus,
Verè suscipiendo & induendo
Artus humanæ carnis & ossa, Deus,
Me salvâsti hominem reum, & beâsti
AEquivalente lytro sanguinis ipse tui,
Peccatis & ab omnibus solutum,
A stygis & Satanæ mortis itemq; iugo.
Argenti haud equidem monetâ & auri 1. Pet. 1
Cusâ, at vivifico, Christe, *cruore tuo,*
Ex ingente tuâ benignitate,
Quamlibet indigno mî, neq; promerito:
Grates unde tibi pias subindè,
(Et meritò) doni debitor huius ago,
Quòd tu iustus obediensq; solus
Nos reddis iustos, progeniemq; Dei.
Feciſti satis ipse pro reorum
Flagitijs: nostras dum subeundo vices,
Tui corporis immolatione,
Nos morti captos non sinis esse bolum.
Patris tanta quidem tui, Iehovæ
Sed nostri, adversùs sævijt ira reos,
Hanc ut flectere nemo posset unquam,
Demto te solo, maxime Nate, Dei.
O clementissime Christe, *quã stupẽdus* Rõ. 5
In genus est humanum omne amor ille tuus?

Quàm mirandáq3 inæstimabilisq3
Est bonitas humili sub pietate tuâ? 1.Pet.3.
Tu iustus quia pro reis luisti
Mortem: isto maior quis queat esse favor?
Hunc summum satis inde comprobâsti
Expers quòd vitij totius, & maculæ, 2.Corr.5.
Pro nobis subeas tot atq3 tantas
Supplicij plagas salvificamq3 crucem.
Tu pro sontibus enecaris insons,
Sontes, ac hostes conciliando Patri. Rom.5.
Nos inter Mediator, illum es inter,
Constituens pacem, quæ sine lite, cluat.
Donas crimina quæq3 missa fasso,
Et resipiscenti per benefacta, gregi: Coll.1.
Tuæ, cuî necis efficacitate
Placas, iratus quî fuit antè, Patrem. 2.
Nimirum è medio crucis revulso,
Perq3 tua expuncto vulnera Chirographo.
Quod contraria proferebat in nos
Decreta, extinctos crimine patris Adæ.
Hostili è spolio trophæa figens,
Per te ostentâsti conspicienda palàm:
Evicto graviore principatu,
Sive triumphatu dæmone, morte, stygе.
Es à morte tuâ resuscitatus
Vitæ instaurator, Iusticiæq3 redux.

Acceptos

Acceptos facis esse nos Parenti,
Vsi, propter te, quo bene propitio,
Ex Evangelio, fac, hauriamus,
Quæ flagret in nostro pectore viva, Fidem,
Cuius fine, basivé consequamur
Nunc vitæ gustum perpetis, inde decus.
In nobis tua enim excitat flagrantes
Aura sacrans motus, nec sibi dissimiles:
Vt per te, tuam obœdientiamq́,
Nostrum opus, obsequium, velle, Deo *placeant.*
Iesu Christe, Dei Agne, *qui piacla*
Mundi aufers, itidem tu miserere mei, Ioan. 1.
Concessâ mihi gratiâ petenti,
Quâ labor & dolor in me tuus haud pereant.
AEterni λόγος æviterne patris, 1. Cor. 1.
Ac ideæ eius forma, sophia, vigor.
Affare interiore nos loquelâ:
Solare ex Verbo, notitiâq́ tui.
Tu, qui victima factus es reorum
Causâ, animis horum flammula adure tuâ.
Eluctati ut ab Inferûm pavore,
Iusticiam & vitam te tribuente, ferant:
Vivendo tibi & obsequendo semper
Iustificatori: vitæ, obitûsq́ duci.
Id dones mihi, quô tibi renatus, 2. Corr. 5.
In regno sistar, permaneamq́ tuo.

Flatu ultroneo, obediamq; sancte
Sanctâ & Iustitiâ, quæ tibi complaceat.
Ac tandem die in ultimâ resurgam, Ephes.1.
Mente itidem, ad vitam, corpore, perpetuam.
Hoc, illâq; malo solutus omni 1.Pet.3.
AEternâ felix usq;, salute fruar:
Lætus, cum Genijs; Patrumatq; Vatum,
Ac Electorum, sæcula cuncta, choris,
Te laudem, bone Christe *sospitator,*
Qui Patris in dextrâ cunctipotente sedes.
Cum quo Rex super universa vivis,
Cumq; sacro æternus flamine & unus Ias.

SVMMA III. PARTIS Symboli Apostolici.

Credo, rationis ꝑprię ꝙ viribus (queã
Cõfidere Christo Iesu, hero meo, haud
Modo, nec ullo ꝑvenire ad ipsũ ego,
Evangelicæ vocis tubâ, ni me vocet
Flatus sacer, tum luce perfundat suâ,
Meæq; mentis auferat caliginem,
Meumq; donis cor suis redintegret.
Ille in fide verâ sacratam congregat
Ecclesiam præconio verbi sacro:
In quam quoq; allecto mihi, suo mea
Delebit ausa gratuito munere

Dei

Dei parentis, cuius in Christo duce
Et auspice, adoptionis esse censeor
Proles, & hæres cœlitum consortij:
Cum quo simul die noviſſimo,
A mortuis resuſcitatus, consequar
Vitam perennem: fiet id certiſſimè.

THESIS.

CRedo piâ cordis pÿ fiduciâ,
Sanctum in Parentis, Filijq3, Spiritum.
Dono datur, doni dator, fidelibus,
Hoc abſq3, cuncti nil ſumus, nil noſcimus.

HYPOTHESES.

EGo ſapientiam repono propriam,
In erudito pectore. Exo. 31.
In te irruet flamen Dei, *& mutaberis*
Alium in virum: factus recens. 1. Sam. 10.
Intelligentiam dat inſpiratio, Iob. 32.
Sive Aura divini halitûs.
Donat Sapientiam Iova: *oreit ipſius* Prou. 2.
Prudentia & Scientia.
Eſt conſilium Mihi, perennis æquitas: 8.
Nulla impediri re poteſt.
Munus Dei *eſt, potens viri facundia,* 16.
Et lingua diſertior, parens.

Vtrumq; fecit Iova, *ocellus cerneret,* 20.
Auriq; sonores sumeret.
Os mutum aperit Sophia: linguam infantium
Reddit disertam plurimùm. Sap. 10.
Omnis Sophia traditur divinitùs Syr. 7.
Lassoq; vires sufficit.
Sapientiæ ac Intelligentiæ & Consilĭ, Esa. 11.
Estq; Aura Fortitudinis,
Timoris insuper Dei, *cum cæteris*
Tam dotibus, quàm motibus. Aliter.
Flamen Domini *est Sophiæ & Intellgentiæ,*
Vis Consilij, aura roboris:
Auctor Pietatis, & Scientiæ, & Dei *est*
Timoris efficacitas.
Vim roboris inditam Deus *multiplicat,* 40.
Multiplicatam prosperat.
Mihi *populum formaveram illum, qui Meas*
Laudes sonaret perpetim. 43.
Os ense adaptavit Meæ mentis Deus: 45.
Me texit alæ umbrâ suæ.
Non ebria mens erit mero: sed spiritûs 51.
Mirâ beati gratiâ.
Tritum Deus *cor, pauperemq; Spiritum* 56.
Fractamq; mentem respicit.
Stirps iusta Meæ plantationis est opus, 60.
Meæq; manûs est gloria.

Fidele

Fidele cor Meis dabo, quì Me sciant, Ier.
Et laudibus vehant, Deum.
Mens fiet humana instar horti, quem rigat 31.
Vivi unda fontis fertilem.
Legem Meam humano notatam in pectore, Ib.
Meâ indigitabo dexterâ.
Vobis dabo novum cor, atq; spiritum Ezech. 36.
Vestri in medio, ponam novum.
Meos super effundam Meo de Spiritu, Ioel. 2.
Qui gratiæ precumq; sit. Zach. 12.
Vos non loquemini, at Mei Flamen Patris,
Vobis quod inest, profabitur. Matt. 10.
Caro & cruor tibi haud revelavit, Petre, 16.
Patris Mei sed Spiritus:
Vos Christus, *ait Baptista, tinget spiritu*
Sacrato, & igne cœlico. Lucæ 3.
Regnum Dei *est inter fideles, qui ducem* 7.
Sanctum sequuntur Spiritum.
Os cum Sapientiâ dabo vobis eâ, 17.
Cuì nemo resistat omnium,
Qui nomen in Christi *piè credunt, sati*
Sunt ex Deo Patre *omnium.* Ioan. 1.
Homo nequit quicquam sibi ipsi sumere, 3.
Ni detur illi cœlitùs.
Opus Dei *est fides in illum, qui dedit* 6.
Demissum ab astris, Filium.

Nemo potest ad Me venire Messiam, Ib.
Ipsum Pater ni traxerit.
Est vivificator Spiritus fidelium, Ib.
Caro & cruor huc nil quadrant.
Flatus sacer Mundum arguet reatuum, Ib.
Iniusticiæ, zeli & mali.
Movit Deus *cor Lydiæ: his ut crederet,*
Quæ dicta Paulus protulit. Actt. *16.*
Si Spiritum Christi *quis assumens, habet,*
Servus scelerum esse non potest. Rom. *8.*
Qui Spiritu Dei *trahuntur, hi suo* Ib.
Parent in omnibus Duci.
Natorum adoptione, Spiritu & Dei Ib.
Clamamus, abba abba, ô Pater.
Dei *Aura, modo gemens inenarrabili,* Ib.
Adest pio præsens gregi.
Modum Fidei divisit omnibus suo 12.
Pro velle, spiramen sacrum.
Non est aliquid, qui plantat, ut nec, qui rigat:
Deus *sed incrementa dans.* 1. Cor. *3.*
En proprium unicuiq; munus est Dei 7.
Largitione providâ.
Quævis operatur unus, idemq; Halitus 12.
Dei, *bona dividens singulis.*
Epistola estis scripta Christi *Spiritu,*
Viventis æternùm Dei. 2 Corr. *2.*

Omnis

Omnis facultas noſtra, tum perfectio Ib.
Eſt ex Iehovæ *ſpiritu.*
Si flatu agitamini ſacro, eſtis haud magis
Legis ſub arctantis iugo. Gall. 5.
Flatu ſacro impleamini, & loquamini Ephes. 5.
Pſalmis & hymnis, invicem.
Vobis datur, ut credatis in Chriſtū *haud modò,*
Sed & patiamini pro eo. Phil. 3.
Dat velle Deus, *dat poſſe, cœpta perfici,* Ib.
Progreſſu & exitu, queant.
Evangelium in noſtro ſermone non ſitum eſt,
Virtute ſed in flatus ſacri. 1. Theſs. 1.
Fidelis eſt, qui nos vocavit: is quoq; 5.
Faciet, quod ei videbitur.
Humana res non eſt Fides, ſed ſolius 2. Theſs. 3
Donum Dei, *efficaxq; opus.* 3.
Tibi quod habes concreditum almo à Spiritu,
Cuſtodiens id rettine. 2. Tim. 1.
Sancti Prophetæ Flamine afflati ſacro, 1. Pet. 2.
Mentis Dei *erant interpretes.*
Datum omne bonum munusq; perfectum venit
A Patre luminarium. Iac. 1.

THESIS.

Eccleſiam *credo univerſalem & ſacri*
Communionem *ſacro ſanctam germinis.*
Illius origo manat ex verbo Dei:
Fundamine nixa, Chriſto Iēſu, *perpetim.*

HYPOTHESES.

Quod iustificet pios Deo corã, Fides
Per nomẽ Iësu Messiæ, his patet locis.

Deo *loquenti credidit piè Abraham:* Gen.15.
Id Iusticiæ datum est ei.

Natum Dei, *fideles, osculamini, &* Psal.2.
Cultu veneramini pio.

Omnes beati sunt, in illo qui fide, Ib.
Fidové recumbunt pectore.

Nomen Dei *fortissima est turris Pio,* Prou.18.
Quâ iustus exaltabitur.

Lingua omnis aiet: in Deo *vires meæ* Esa.45.
Ac Iusticiæ omnes sunt sitæ.

Gens iustificata quæq; collaudabitur, Ib.
In Christo *& exaltabitur.*

Scio, quia non confundar: est præsto mihi, 50.
Qui iustificat me, Messias.

Mens gestiet mea in Deo *plastæ suo,* 61.
Vestita salutari togâ.

Quòd Iusticiæ circumdatus sit tegmine, Ier.23.
Ac nuptiali sindone,
Hinc nomen illi est, quo pijs vocabitur,
Rex ille Mundi Messias.

Iustus suâ, non exterâ, vivet fide, Abac.2.
Quam donat ipsi Iehova.

Ego in Domino *lætans* Iësu, *gestiam:* 4.
Alas dabit is meo pedi,

Qui

Qui Iusticiam esurit, sitit q3 plurimùm,
Homo hic saturabitur bene. Matt. 5.
Fides tua hæc ingens, Syrophœnissa, vult, 15.
Facit q3, vis quod, impetres.
Est possibilis res quælibet credentibus: Mar. 9.
Quod poscit, impetrat fides.
Beata parens, quæ credidisti Nuncio: Lucæ 2.
Gravidata sancto Spiritu.
Iësus *undas in merum vertens, suam* Ioan. 2.
Primùm Deitatem pandidit,
Ac discipulos fecit suos in Messiam
Se, iam datùm Orbi, credere.
Qui credit in Christum, *ille iudicatur haud:*
Damnatur at illi incredulus. 3.
In Filium qui credit, æternam hic habet Ib.
Vitam: beatus perpetim:
Incredulus illi autem, reportabit necem:
Damnatus irâ Iudicis.
Credens, habet vitam perennem: in quam nece,
Abs iudicio, migraverit. 5.
Hæc est mei Patris voluntas, (cœlitùs 6.
Me misit is orbi terreo)
Vt quisq3 spectans Filium, credensq3 in hunc,
Vitam assequatur cœlitum
Amen, amen, sermonis observans Mei 8.
Mortem haud videbit perpetem.

Si

Si credideris, Dei *videbis gloriam* 11.
In fratre tibi, Martha, excito.
Qui credit, his maiora præstabit Fide, 14.
Miraculis miracula.
Thoma, videndo, credidisti: sunt magis Ioan 20.
Beatiores, qui haud vident,
Credunt tamen piè Meis sermonibus,
Certisq, de Me testibus.
Hæc scripta sunt Evangelistæ Apostolo, Ib.
In Christum Iësum *Messiam:*
Credendo, habetis vitam in eius nomine,
Durabilem omni sæculo.
Verum, ac fidele testimonium exhibent,
Christo *Prophetæ singuli,* Actt. 10.
Remissionem criminum per ipsius
Nomen fideles assequi.
Qui credit in Christum, *omnis hac salvus fide*
Iustus reputatur à Deo. 13.
Fide repurgavit piorum pectora 15.
Christus, Dei *ut essent organa.*
Per gratiam nos Christi Iësu *principis* Ib.
Salvamur, ut nostri Patres.
Iësum *in* Herum *confide cum tuâ domo:*
Confisus ei, salvaberis. 16.
Remissionem sorte sanctâ, criminum 26.
Sumes Fide, in me qualis est.

Evangelium

Evangelium est Dei *potentia, & parit* Rom. 1.
Omni salutem credulo.
En iustificatio Dei *ex Fide in Fidem* Ib.
Evangelij tubâ datur.
Facto sine Legis, per Fidem bonæ Spei Rom. 3.
Sons iustificatur quilibet.
Qui nil operatur, credit ast in Meßiam, 4.
Quòd iustificet quemq; impium,
Ad Iusticiam imputatur hæc illi fides,
Per Charitatem cognita.
In Spe Abrahamus credidit contra Spei Ib.
Levamen & fiduciam.
Spes ex Fide est, Dei *secundum gratiam,* Ib.
Quâ certa sit promißio.
Deo *Abrahamus gloriam dedit, sciens* Ib.
Promissa potentem exolvere.
Iusti Fide, pacem colemus cum Deo 5.
Per Christum Iësum *Principem.*
Non carnis, at p. promißionis Filij 9.
Sunt æstimandi in Semine.
Ad Iusticiam non venit Israël, quia Ib.
Opere, haud Fide, nixus fuit.
Ad Iusticiam fideli corde creditur: 10.
Sed ore professa, fit salus.
In Meßiam qui credit, hunc confusio Ib.
Spei irritæ non subruit.

Quod

Quod ex Fide haud est, illud omne crimen est,
Deoq; abominabile. 14.
Sit vestra Fides magna ex Dei *potentiâ,*
Non è cerebro mortalium. 1. Cor. 2.
Non per speciem ambulemus, at per hanc fidem,
Cui spes, soror est, tum Charitas. 5.
A simplicitate Christi Iësu *haud excidat* 11.
De sensibus vestris vigor.
In Christum Iësum *credimus, iusti Fide*
Evangelicâ, ut stemus benè. Gall. 2.
Quòd vivo nunc in carne, vivo per Fidem, Ib.
Favente Filio Dei:
Complexus amore is Me suo spectabili,
Vitam mihi morte reddidit.
Quicunq; sunt nati ex Fide, propago sunt 3.
Omnes fidelis Abrahæ.
Sunt qui ex Fide, felicitabuntur suo Ib.
Cum Patre fidelium Abraham.
Culpat reos Lex, ex Fide promi. Ib.
Vt certa sit credentibus.
Vos gratiâ salvi estis, idq; per Fidem: Ephes. 2.
Non ex meritorum gloria.
Scuto Fidei tela improbi hostis ignea 6.
Valebitis extinguere.
Enim polis est nostra conversatio: Philip. 3.
Hinc huc redibit Arbiter.

Christum

Christum *ut lucrer, iustusq; sim ex fide illius,*
Damnum reputo esse cætera. Ib.
Sacras didicisti litteras puellulus: 2. Tim. 3.
Salvare Fide in Christum, *hæ valent.*
Ad gratiæ Dei *thronum nos deferat* Hebr. 5.
Fiducialis gloria.
Omnem reponamus cruore in Messiæ 10.
Plenâ fide, fiduciam.
Fides rei sperandæ & apparentis haud, 11.
Substantia & argumentum adest.
Impossibile est Patri placere cœlico Ib.
Absq; illius dono, Fide.
Cuncti Patres demortui sunt in Fide, Ib.
Venturi ab alto huc, Messiæ.
Virtute custodimini Patris Dei 1. Pet. 1.
Vestram in salutem, per Fidem.
Qua Mundus hic immundus unâ vincitur,
Fides pijs victoria est. 1. Ioan. 5.
Qui vicerit non subiacebit alteri Apoc. 2.
Letho: superstes perpetim.
Fides operans dilectionem mutuam,
Est Spes; Charitates; haud inefficax.
Estote sancti, sanctus Ipse quomodo Leu. 11.
Sum vester Ias *unicus:*
Servate vos tam cordium fiduciâ,
Quàm mentium custodiâ.

Servite

Servite Deo *omnes in timore, & psallite*
Ei in tremore pectoris. Psal. 2.
Sontes ubi lactaverint te, subdolis Prou. 1.
Nil acquiescas vocibus.
Timor Dei *odit fastu & astu turgidos,* 8.
Ac os bilingue & pestilens.
Qui simpliciter boni sequax, inambulat, 10.
Fidenter hic deambulat.
Illis Dei *patet voluntas, qui ambulant* 11.
In simplicitate cordium.
Vitæ via sursum fert, deorsum sed trahens,
Vitetur Orci semita. 15.
Iustus prior accusator est sui ipsius: 18.
Deinde culpat cæteros.
Iustus vir & simplex, beatos admodùm 20.
Post se relinquet filios.
Excellit opes iniquitatis plurimas, 22.
Iusti bonum nomen viri.
Homo incipiet tunc esse, consummaverit Syr. 18.
Dum vitæ operisq; terminum.
Dilectio Dei, *atq; fratrum fervida,* Sap. 6.
Legum tenax custodia est.
Correptus à Deo, *omnibus magnalia*
Dei *potentis prædica.* 2. Mach. 3.
Sit Iustitiæ seges Pijs, clementiæ Hos. 14.
Messis, novale cœlitum.

In

In iustitiâ, clementiâq; cum Deo — Mich. 6.
Coniunctim homines versemini.

Ad cor reversus, pœnitentiæ statu, — Matt. 3.
Sons quisq; bonam frugem édito.

Benignus in fratres suos, Dei *Patris* — 5.
Benignitatem sentiet.

Date petenti, mutuaq; largiter — Ib.
A te roganti mutuum.

Lux vestra coram luceat mortalibus, — 7.
Pijsq; factis emicet.

Quæcunq; vultis ferre vobis cæteros, — 18.
Deferte priùs vos cæteris.

Fratri haud modò noxiam remitte septies, — 23.
Sed septuagesies septies.

Magister unus vester est, hinc singuli — Ib.
Vos discipuli estis invicem.

Qui maior est vestrum, minister hic erit Lucæ 8.
Vester loco omni, ac tempore.

Verbum retineto corde frugi, & simplici, — 17.
Et in patientiâ utili.

Si septies uno die peccaverit — Ioan. 13.
Frater tuus in te, dona ei.

Si lavi Ego Dux vestros pedes, & vos decet — Ib.
Vestris lavare proximis.

Hinc discipuli Mei sat agnoscemini, — 15.
Amaveritis vos si invicem.

Amore

Amore mutuo certate mutuum, Ib.
Amavi Ego vos sicuti.
Offendiculo absq3, conscientiam ad Deum,
Hominesq3 haberi postulo. Actt. 24.
Non exhibeatis membra vestri corporis Rom. 6.
In arma iniqui criminis.
Nunc Iustitiæ servi este: facti à crimine Ib.
Iniquitatis, liberi.
Iam non tenemur debitis carnalibus: 8.
Redemti ab eis Christi *lytro.*
Christo *insiti* Iesu *& eius Flamini,* Ib.
Est nulla condemnatio.
Optavi anathema esse Christo, *gratiâ*
Gentis meæ, & pro fratribus. Rom. 9.
Communicate iam necessitatibus, 13.
Sanctisq3 sanctorum usibus.
Opus tenebrarum sit abiectum procul: 14.
Arma induantur lucida.
Offendiculum haud ponamus ulli ex fratribus,
Nec demus unquam scandalum: 15.
Assumite vos ad invicem, Christus *velut*
Nos noster assumsit Deus.
Nihil mali sum conscius, per id tamen 1. Cor. 4.
Non iustificatum me reor.
Purgate vetus zyma, ut recens conspersio 5.
Sitis, velut estis azymi.

Epulemur

Epulemur in sinceritatis totius Ib.
Ac veritatis azymis.
Sunt membra Christi *vestra certè corpora*
Absit, meretricis membra sint. Ib.
Sum factus omnia omnibus, quò singuli 9.
Possent salutem consequi.
Nemo lucellum unquam requirat proprium:
Quod proximi ex re sit, gerat. 10.
Quàm cuncta suffert Christiana charitas, 13.
Credensq́, speransq́ omnia?
Pro teste nostræ est conscientiæ in Deum,
Sincera fides, simplexq́ cor. 2. Cor. 1.
Quicunq́ Christi *sunt, ij figunt cruci* 5.
Carnem suis cum affectibus:
Offensionem demus ullam nemini, 6.
Ministerium ut nemo arguat.
In universos, maximè domesticos Ib.
Fidei, piè simus pij.
Opus probet suum omnis ipsi propria, Ib.
Vt gloria sit, non alteri.
Deo *cupimus nos approbare non modò,* 8.
Sed & sacratis cœtibus.
Vocationem urgete vestram singuli, Eph. 5.
Ornateq́ mansuetudine:
Novus Deum *iuxta, este homo, quem sanctitas*
Et iusticia omnis vestiat.

Sermo bonus ore prodeat vestro: ut Fides Ib.
In corde domum figat sibi.
Christi *sequaces, eius exemplo, piæ* 5.
Dilectioni insistite.
Cautè bonù inambulate semitis, Ib.
Tanquam sapienter sobriè:
Vbiq; conversemini, cêu convenit
Evangelio credentibus.
Qui cœpit in nobis opus bonum, diem Phil 1.
Ad Christi Iësu, *finiat.*
Estote simplices, querelâ tum sine, Ib.
Divina proles, vivite.
Quæ vera, quæ pudica, quæ pia & bona, 4.
Quæ sunt amabilis rei,
Bonævé frugis: si qua virtus: si qua laus
Est disciplinæ, hanc sumite.
Si cum Dei *Patris revixtis Filio,* Coll. 3.
Quæ sunt superna, quærite.
Piè miserationis este viscera Ib.
Induti ut Electos decet.
Prudenter, & sanctè, & piè versemini 4.
Extraneos ob impios.
Vester sale sermo sit retinctus, ut bene Ib.
Respondeatis omnibus.
Dignè Deo *ambulate, qui vos gloriæ*
In regna piè ascivit suæ. 1. Thes. 2.

Sitis quieti: vestra quæ sint, exequi 4.
Duntaxat hæc contendite.
Lucis, diei & propago, stertamus nihil: 5.
At excubemus sobrij.
In militando commodè, serva fidem, 1. Tim. 1.
Bonamq; conscientiam.
Confert pietas, pijs, habet quoq; itius 4.
AEvi, alteriusq; præmia.
Magnus pietas est in pijs quæstus, suo 6.
Cum mente contentâ lucro.
Huc intulimus nil, auferemus hinc nihil: Ib.
Nudi introitu, nudi exitu.
Certa Fidei certamen illud optimum: Ib.
Apprênde vitam perpetem.
Sectare piam piè fidem: patientiæ 2. Tim. 1.
Armis, crucem feræquiter.
Vas simus honori consecratum, & utile 2.
Deo, & paratum omni bono.
Factis bonis prodesse curent, qui Deo 3.
Credunt, eivé serviunt.
Vestri incolatûs tempore acceptabili, 1. Pet. 1.
Dei in metu versemini.
Velamen haud nobis mali sit ullius, 2.
Concessavé libertas fori.
Desideriis à carneis, quæ militant Ib.
In Spiritum, Pij abstinent.

Electio vestra, tum vocatio rata 2.Pet.1.
Testataq3 factis sit bonis.
Sanctâ in pietate, vestra conversatio 3.
Festinet in occursum Deo.
Lucete, secuti verba vitæ, non secus Philip.2.
Ac bina Mundi lumina.
Consideremus invicem, ad quid charitas
Nos Christiana pertrahat. Hebr.10.
Hoc est Dei *mandatum, ut in* Christū Fide,
Vos diligatis mutuò. 1.Ioan.3.
Quæ, quanta, qualis dignitas Ecclesiæ
Sit Christianæ, ex his patet sententijs.
Non est alia usquam natio tam nobilis,
Præsensq3 tam cui sit Deus. Deut.4.
Gentem medijs è nationibus tulit,
Forti manuq3 & brachio.
Haud gens similis tui, altera est, ô Israhel 33.
Cui propitius fiet Deus:
Hanc incolet fidenter arcem Rex pius, Ib.
Pijsq3 dilectissimus;
Tanquam in thalamo totâ die morabitur:
Quiescat ut inter brachia.
Meâ vitulâ ni vos arâsseris, meum Iudd.4.
AEnigma solutum non foret.
Genti suus cuiq3 præses est datus: Syr.7.
Israel patronus est Deus.

Omnis

Omnis venustas & decor Regis domûs, Psal 45.
Reginæ inest Gynæcio.
Est in medio Deus *potens, Ecclesiæ:* 46.
Nunquam ipsa commovebitur.
Noscetur in domo sacrâ sibi, omnibus 48.
Susceptor & custos, Deus.
Complectimini Sionem, eamq; cingite: Ib.
Deus *quoniam eius incola est.*
Dei *nitoris ex Sion Sionio* 50.
Promanat undiq; agmini.
Collis Sion formosus est ramus, soli est 48.
Totius omne gaudium:
Est mons hic ædes incolæ Deo *sacra,*
Et plurimùm grata & rata.
Montem Sion charum sibi, legit Deus, 78.
Charosq; habet Sionios.
In atriis, Deus, *tuis lux unica,* 84.
Præ mille alibi, est præstantior:
Malo esse miser Dei *ædis ostiarius,*
Quam præses in cœtu improbo.
Sionis amicus, præfero portas Deus, 87.
Cunctis tabernaclis Iacob.
Sic proferetur in Sionis regia: Ib.
Fundavit eam Excelsissimus.
Deus *decoro amictui subinduit,* 93.
Vtriq; fortitudinem.

Confessio decusq; vultibus Dei *est*, 96.
Ingensq; Templo sanctitas.
Legit sibi Deus *Sionaq; in domum*, 132.
Sacrarij & in thronum.
Non fecit alli nationi sic Deus, 147.
Genti velut Iudaicæ.
Lex de Sion exibit: at de Ierſalem Eſa. 2.
Evangelicæ vocis ſonus.
Iehova *fundavit Sionem, quò ſiet* 14.
Spes pauperum, & gentis Dei.
Eſt Aſſur opus meæ manûs: at Iſraël 19.
Mî propria eſt hæreditas.
Plebs iuſta cuſtos veritatis ſic erit, 26.
Vt æquitatem diligat.
Iguis Domini in Sione ſuſcitabitur; 31.
Caminus eſt in Ier Salem.
Gens in Sion morabitur, cuius lues, Ier. 33.
Iniquitasq; ablata erit.
Propter Sionem non tacebo turbidam, 66.
Solator inſit Meſſias.
Lumbare quomodo hæret ad lumbos viri: Ier. 13.
Iſræl cohæret ſic Deo.
Tractat figulus velut lutum: ſic Iſrahel 18.
Tractabo concluſum hac manu.
Regale ſceptrum, hæreditasq; eſt Iſrahel, 51.
Hunc Chriſtus *in mundum ſatus.*

Nomen

Nomen sacratæ civitatis omine, Ezech. *48.*
Iehova *suo est ex numine.*
Die suprema suscitabit Iehova, Dan. *2.*
Regni decus indelebile.
Gentis suæ spes, filiorumq; Israhel Ioel *3.*
Est fortitudo Messias.
AEdis Dei *sublimitas colles supra* Mich. *4.*
Excelsior omnes, eminet.
Templi secundi, Messiâ præsente, erit
Maior, prioris gloriâ. Hagg. *2.*
Te pono tanquam quodpiam signaculum, Ib.
Elector ait Christo, Deus.
Qui Ierusalem, cultum ad Dei *haud conscenderit,*
Salutis imbre haud perpluet. Zach. *14.*
Obaudierit qui Ecclesiam, pro Ethnico,
Et publicano sit tibi. Matt. *16.*
Gallina pullos cêu suos alis tegit: *23.*
Dux Christus *ita asseclas teget.*
Quicquid minimo ex istis meis confratribus *25.*
Impenditis, impensum est Mihi.
Gaudete iusti, vestra cùm sint nomina Lucæ *10.*
Inscripta libro cœlitum.
Quoties sategi congregare filios, *13.*
Iudæa contumax, tuos?
Zachæa domus salvata per Christum *fuit,*
Alumna quòd esset Abrahæ.

Christi *die viso, fidelis Abraham,* Ioan. *8.*
Optatáq; habens, gavisus est.
Si quis ministrârit Mihi, pater meus *12.*
Illum cohonestabit polo.
Qui diliget Me, verba servabit mea: *14.*
Pater Meus illum fulciet,
Flatus sacrabit, quo sit adventantibus
Nobis dicata mansio.
Meos amatores amat Meus Pater, *16.*
Mihiq; fisos, sospitat.
Ego *sum* Iesus, *persecutum quem petis,*
Stimulosq; calcas improbus. Actt. *9.*
Dei *quidem Parentis hæredes sumus:* Rom. *8.*
Christi *cohæredes simul.*
A partibus cùm stet potens nostris Deus, Ib.
Quid hostis in nos egerit?
Templum Dei *estis, ipsius quod Spiritus*
A sorde purgatum, incolat. 2. Corr. *3.*
Sunt vestra quæq;, vita, morsq; : vos tamen
Christi *estis : hic verò* Dei. Ib.
Vnus Deus, *omnium Pater, fides quoq;*
Vna unius est baptismatis. Ephes. *3.*
Ecclesia viventis columna Iehovæ, 1. Tim. *3.*
Ac veritatis est basis.
Viventis urbem nunc adistis Iehovæ, Hebr. *12.*
Cœlestiumq; Ierusalem.

Sunt

Sunt primitiæ Deoq; *& Agno debitæ,*
Pij, eius emti sanguine. Apoc. 14.
Ecclesiæ incrementa testantur loci
Sumti è sacris hi Bibliorum fontibus.
Imbelliam grex est recinctus robore, 2. Sam. 2.
Fortesq; concîdit viros.
Hæreditas præclara contigit Mihi, Psal. 16.
Dimensaq; longis funibus.
Terræ replevit atq; Mundi climata, 19.
Apostolicæ vocis sonus.
Concorditer ambulavimus Dei *in domo,* 55.
Et militante Ecclesiâ.
Dominabitur à mari ad mare altus Messias,
Et imperabit subditis. 72.
Plantata vitis à Deo, *extendit suos* 80.
Vbiq; locorum palmites.
Pro pace Ierusalem, preces effundite: 122.
Curate pacem Ecclesiæ.
Ad Messiam gentes & omnes incolæ, Ib.
Telluris abundè confluent.
Gentem tuam multiplicâsti, Messia, Esa. 9.
Nec magnificâsti gaudium.
Repleta tellus est scientiâ Dei: 11.
Aquis ut obtectum mare.
Ad Israëlem iunctus ibit advena, 14.
Vocatione cœlicâ.

Exercituum regi ferentur munera, 18.
Ex Gentium prosapijs.
Linguâ Canaan loqui scient AEgyptij, 19.
Gentesq; Hebræis additæ.
Fortis populus te, Messia, laude evehet; 25.
Vrbs magna cohortis gentium.
Deperditi magnâ vocabuntur tubâ, 25.
Patremq; adorabunt Deum:
Gnatos mihi fer è remotis finibus, 43.
Gnatas & extremo è solo.
Vrbs clara, Gentes ambulabunt in tuo, 60.
Missis tenebris, lumine,
Regesq; in exortûs tui splendoribus,
Christum *requirent éditum.*
Ad Messiam affluet maris frequentia, Ib.
Et multitudo Gentium.
Lac Gentium, suges: papillâ Principum Ib.
Lactaberis, ô Ecclesiâ.
Ex omnibus terræ locis Mei gregis, Ier. 33.
Mihi reliquias collegero,
Statuta coram Me ista si defecerint, Ib.
Tunc semen Israel nullum erit,
Seges Domini *sacrata seminabitur:* Ib.
Evulsa nunquam concidet.
Pijs referetur: non modò estis plebs Mea,
Viventis at proles Dei. Hos. 2.

Novissimo

Noviſſimo die pavebunt ad Deum, 3.
Et, quod dabit, eius ad bonum.
Ego *viſiones auxi, & ad vatum manus* 12.
Fui aſſimilatus Meßiæ.
Rami arboris fundentur omnem tu undiq3,
Subtus ſedentem & ſupra, alat: Dan.14.
Vmbram recreetur ut per illius gravi
Fervore ſolis torridus.
Pacem loquentis Gentibus: potentia Zach.9.
En Chriſti *erit à mari ad mare*
Infirma, faxo, creſcat in gentem arduam
Et roboratam firmiter. Mich.4.
Ovile fiet è duobus unicum, Ioan.10.
Paſtor quod unicus reget.
Gregem ſacrum augebat Deus *quotidie,*
Qui ſalvus eſſet per Fidem. Actt.2.
Eccleſiæ auctu pax ſuo fuit, Dei 9.
Quòd ambularet in metu,
Et Spiritûs ſancti repleretur; cruce
In aſperâ, ſolatio.
Delicto Hebræorum, ſalus eſt Gentibus,
Illos ut æmulentur hæ. Rom.11.
Oleaſter en radiculæ pingui inſitus, Ib.
Sodalis olivæ factus es.
Eſtis locupletes, Chriſti *in omni munere,*
Scientiâq3 dogmatis. 1. Cor.1.

Servando Flatûs unitatem, vivite Ephes. 4.
In pacis altæ vinculo.
Olim tenebræ eratis, at nunc clara lux 5.
Fulgetis in Mundi chao.
Vestram fidem in Christum *libenter audio,*
Dilectionemq; in pios. Coll. 1.
Ob Spem repostam cœlico in consortio,
Interq; coronas cœlitum.
Crescit Fides vestra, & redundat Charitas
Fraternitate mutuâ. 2. Thess. 1.
In cognitione Christi Iësu *& gratiâ*
Cunctis diebus crescite. 2. Pet. 3.
Ecclesia decrescit vigore pristino,
Orbata novis & imminuta plantulis.
In Israhel Mihi reliqui millia 1. Regg. 19.
Septem, Baal quæ non colunt.
Apud genus mortale nulla est sanctitas,
Defecit omnis veritas. Psal. 12.
In Civitate vidi iniquitatibus, 55.
Rebelliones crescere.
Vindemiæ hospitum relicta est vinea,& 80.
Vastationi silvæ apro.
Enses hebetâsti, Deus, *victoriam* Ib.
Nec contulisti servulis.
Nobis Dominus *Semen reliquisset nisi,*
Sodomæ fuissemus pares. Esa. 1.

Est

Est vineæ umbraculum Sionis Filia: Ib.
Agri casa, urbis vastitas.
Carnis Iacob pinguedo, gloria insuper 17.
Marcescet in totum cute.
Cêu decutiuntur ex oliva pauculæ, 24.
Si manserint, olivulæ:
Quales racemi pauculi vindemiæ,
Talis status est Ecclesiæ.
Auditui præconiové debitam 55.
Nostro quis adiunget fidem?
En in plateis dissipata veritas, 59.
Gravi ruinâ corruit.
Mons dispersit Sionis, in quo pastum habent
Vulpes feris cum cæteris: Thren. 4.
Qui nutriebatur croco nunc vescitur,
Impuritatis stercore.
Incredulus & subversor hospes est tibi,
Antrumq; scorpij incolis. Ezech. 2.
Rem iudicij temnit Mei: plus impia 5.
Est Ierusalem, præ Gentibus.
Lex à Sacerdotum peribit crimine, 7.
Et consilium à Senum lue.
Domus Israhel, domus Iehova *exasperans,*
Deserta ab illo, corruet. 12.
Docti in populo multos docebunt, ac ruent
Igni, ense, rapinâ, vinculis. Dan. 11.

Sacræ manus complebitur dispersio, 12.
Ac gentis imminutio.
Non veritas, non est Dei *scientia* Hos. 4.
Telluris in confinibus.
Declinat à recti viâ Israel, quomodo Ib.
Lasciviens vacca assolet.
Ab Israhele gloria omnis avolat, 9.
Instar volucris præpetis.
Mortalibus væ, cum procul recessero Ib.
Ab eis, ait rerum sator.
Direpta vitis, silvæ apro, per Israhel, Ib.
Est diminuta viribus
Cêu pastor, ore si Leonis eruat Amos 3.
Duo crura, vel extrema aurium:
Sic eruentur Israhelis filij,
Ab hoste divinâ manu.
Facti estis instar torris, erepti rogo, 4.
Aut de camini incendio.
Prudens tacebit & loquetur tempori; 5.
Vtrumq; commodum feret.
Nil condolebant, ex Ioſephi maximâ 6.
Contritione, amiculi.
Ros qualis, aut gutta herbulas soli irrigans,
Sic relliquiæ Iâcob madent.
Quod est catulus parvo Leonis in grege, 5.
Hoc relliquijs Ero Iâcob.

Deserta

Deserta domus Mea est: citatis passibus
Vestras petitis cuncti domos. Hagg. 1.
Populum relinquam pauperem, qui Iehovæ
In nomine sperabit sui. Zoph. 3.
Iniqua non agent, locuti inania, Ib.
Superstes ex Israel seges.
Angusta porta, callis arctus pauculos Matt. 7.
Perducit in vitam pios.
Arcana revelat parvulis Deus *sua:* 11.
Abscondit à Mundi Sophis.
Primi ultimis erunt pares: novissimi 19.
Primas ferent, seu primi erunt.
Multi profectò sunt vocati: at pauculi, 20.
Quos Iova *sibi electos habet.*
Regnum Dei *auferetur Hebræis; datum* 21.
Genti id requirenti piè.
Iniquitas plenis redundabit vijs, 24.
Vbi Charitas refrixerit.
Non inveniet Fidem, parente Alma *éditus,*
Huc Censor ubi reverterit. Lucæ 18.
Ego *Patrem pro te, Petre, oravi, tua*
Nunquam fides desisteret. 22.
In temporibus novissimis, plenissimi 2. Tim. 3.
Omnis mali, instabunt dies.
In ultimis quidem diebus à fidē 1. Tim. 4.
Verâ recedent plurimi.

Tantùm

Tantùm octo animæ in Noëlis Arcâ sospites,
A diluvij undâ, evaserant. 1.Pet.3.
Quæ militanti infirmitas Ecclesiæ
Sit, ista sacræ dicta monstant paginę.
Venêre tandem filij ad partum, attamen
Vim parturiendi non habent. 2.Reg.19.
Amiculi procul mei stetêre, ubi Psal.38.
Vulnus meum recruduit.
Potens Synagoga dispicit meam necem, 86.
Conspirat in quam turbidè.
Christus *calamum quassatum aquis nō atteret:*
Linumvé restinguet fumigans. Esa.42.
Noli timere terra: pange Messiam Ioel 2.
Dictis & actis cognitum.
Suæ benedictionis Ias *maximus* Ib.
Dabit superesse copiam.
Infirmus, ægervé, inquiat: sum gratiâ 3.
Dei *favente firmior.*
Iustus cadet in die, ac resurget septies; Prou.2.
Timens Dei, *felix homo est* & 28.
Non est homo terram super, qui iustior, Eccl.7.
Agendo bonum, peccet nihil.
Potest Deus *excitare proles Abrahæ,* Matt.3.
Vel saxeis de molibus.
Est spiritus præ carne lentâ, promtior, 25.
Multoq; magis ferventior.

Sin

Sin hi tacebunt, Christe *dicu, parvuli,*
Tunc saxa sonabunt Me & Meos. Lucæ *19.*
Ad cor reversus, Petre, confirma tuos *22.*
Fratres, faciant velintq; idem.
Ni videritis portenta signis édita, Ioan. *4.*
Non creditis verbo Dei.
Assumite infirmum Fide, exemplo Dei,
Omnis cùi stat aut cadit. Rom. *14.*
Vos firmiores, imbecillioribus *15.*
In sustinendis pergite.
Frater teneram lædendo conscientiam *1.* Cor. *8.*
Fratris, fit in Christum *reus.*
Qui stare sibi videtur, ille viderit *10.*
Lapsu graviori ne cadat.
Infirmitatis conscius mihi meæ, *2.* Cor. *11.*
Hac gloriabor nonnihil. & *12.*
Fio validus, Christi *faventis gratiâ,* Ib.
Omni ægritudine in meâ.
Hominem malo præoccupatum crimine,
In lenitate absolvite. Gall. *3.*
Onera invicem portate sic communia; *6.*
Ignoscat ut alter alteri.
Assumite infirmos, & este singulis *1.* Thes. *4.*
Fratrum, pij, lenes, boni.
Vestrum increpate proximum, fratrem velut,
Hostem esse nec arbitremini. *2.* Thess. *3.*

Sequestrum

Sequestrum habemus, cuncta qui expertus mala:
Nostræ cruci scit compati. Hebr. 5.
Ecclesię est crux multiplex ac efficax
Exercitio crebræ precis fidelium.
Vitæ peregrinationis istius, Gen. 47.
Dies mali, & pauci fluunt.
Venit probatum vos metu horrido Iova,
Peccetis ut non reprobè. Exo. 20.
Non prorsùs abieci Meos, sonat Deus,
Nec respui, eos ut perderem. Leu. 26.
Defecit in doloribus vita hæc mea, Psal. 13.
Cordis gemitus inter graves.
Sum factus ipse vas velut deperditum, Ib.
Vsûs q3 prorsùm nullius.
En ad flagella sum paratus, & crucem 38.
Ad sustinendum quamlibet.
Mactamur in dies tui causâ, Deus, 44.
Et sicut oves, occidimur.
Ego die quavis flagellatus fui, 73.
Tunsus q3 mane ad vesperam.
Inops ego, & pauper iuventa sum à mea, 88.
Laboribus q3 exerceor.
Virgis Meos cædam licet, Meam tamen Ib.
Clementiam ab eis non auferam.
Ego Iova *sum ministro cũ Meo omni sub cruce:*
Hac eruam eum, ut Me prædicet. 91.

Quod

Quod credidi, professus id sum fervidè, 116.
Gravi licet pressus cruce.
Dum proloquebar veritatem tum Fidem, 122.
Sensi immeritò adversarios.
Homo est beatus, à Deo *qui tunditur,* Iob 5.
Crebròq; virgis cæditur.
Homine éditus, ducensq; vitam perbrevem,
Plagas & ærumnas subit. 14.
Fidei probatione mens exercita, Tob. 3.
Feret coronam gloriæ.
Deo *placentes omne vicerunt malum*
In sorte durâ, tum cruce. Iudith 9.
Quem Iova *diligit, paterno corripit* Prou. 4.
Amore rebellem filium.
Extrema luctus gaudium ingens occupat, 14.
Miscetq; lætis tristia.
Aurum caminus excoquit: tentatio 17.
Cordis repurgat scoriam.
Iustus cadet, necnon resurget septies: 25.
Beatus homo est timens Dei.
Homo iustus, & qui haud peccet, ac vivat piè,
In orbe non est terreo. Eccles. 7.
Præstat domum subire plenam luctibus, Ib.
Convivijs quàm grandibus.
Inutilis mœror gravat complurimos: Syr. 30.
Solatium sed allevat.

Tentatus

Tentatus haud qui est, ac probatus per crucem,
Quæ, quanta, qualia is sciat? 34.
Absconde palantes, vagos nec disjice: Esa. 16.
Tuâ domo excipe hospites.
Intelligentiam cùiq; commodam, 28.
Vel sola dat vexatio.
Quicunq; recessit à malo, prædam bono, 59.
Sêu commodo feret suo.
Curationis tempus expectavimus: Ier. 14.
Advenit at turbatio.
In iudicio te puniam Meo, tibi 30.
Ne tu videare innoxius.
Iudex te agam reum: tibi parcam tamen, 46.
Tanquam innocenti ac integro.
Mortalium proles Deus *non respuit,* Thren. 3.
Ex corde nec amovet suo.
Noster chorus quondam dicatus gaudijs, 5.
Mutatus est iam luctibus.
A sanctuario Meo exordimini Ezech. 9.
Ferire plagis reprobos.
Multos probabit ignis, æstubus crucis: Dan. 12.
Agendo malè ut ne intelligant.
Gentes profanæ cogitata Iehovæ, Mich. 4.
Et consilia haud intelligunt.
Sanabo claudicantem ovem, eiectam in Mea
Rursùm aggregabo ovilia. Soph. 3.

Non

Non parcere sontibus; statim punire eos,
Est indicium ingentis boni. 2. Mach. 5.
Vexatus in paucis bene, aptus his erit, Sap. 3.
Ad multa quæ conduxerint.
Correptione perbrevi turbata sunt, 16.
Signo salutis, omnia.
Ob iusticiam passi mala & iacturam opum,
Vitæve, beati sunt Pij. Matt. 5.
Estis beati, cùm omne falsum vel malum Ib.
Me propter, in vos dixerint.
Invisi eritis, Pij, omnibus Mundi assectis, Ib.
Ob nominis cultum Mei.
Non veni Ego pacem, sed ensem mittere Ib.
Mundano in hoc disturbio.
Iugum, Mei, Meum super vos tollite: 11.
Mites, modesti, & sobrij.
Gens surget in Gentem: luis peste, & fame, 20.
In terra erit concussio.
Animam penetrabit tuam ensis: ut palàm
Sint cogitata cordium. Lucæ 2.
Estis beati, cùm tyrannis oderit vos exules, 6.
Factos Mea propter nomina.
Venire post Me qui volet, se ipsum abnegans,
Tollat crucem suam indies. 9.
Qui non renuntiat bonis, quæ possidet, 14.
Non discipulus Mihi hic erit.

Turbetur

Turbetur haud vestrum cor asperâ cruce:
At sorte tristi gaudeat. Ioan. *14.*
Vos Mundus electos Mihi, odit pessimè, *15.*
Et tractat indignissimè.
Vobis facient Mei malè adversarij, *16.*
Quòd Me, Patremq; haud noverint.
Post tristitiam brevem, perenne gaudium Ib.
Pijs perennabit polo.
Pressuram habebitis gravem in Mundo, Pij:
Sed iuge gaudium in polis. Ib.
Hos Mundus odit pessimè; (immundus nimis)
Qui non farinæ sunt suæ. *17.*
Te ducet alter, Petre, nolis ire quò *21.*
Propter necis discrimina.
Venire nos oportet in Regnum Dei Actt. *14.*
Multis tribulationibus.
Tribulationes emanent, & vincula *20.*
Apostolum me Gentium.
Si compatimur Christo, *sequaces ipsius,*
Et glorificabimur cum eo. Rom. *8.*
Nil huius ævi passiones sunt pares Ib.
Cœlestis ævi gloriæ.
Vestra hostiam Deo *exhibete corpora:* *12.*
Casti, pudentes, sobrij.
Verbum crucis, virtus Dei *est his, per fidem*
Qui iustificantur sospites.

Ignis

Ignis probabit, quale sit cuiusq; opus, 3.
Afflictione flammeâ.
Dum iudicamur à Deo, *hîc affligimur,* 11.
Ne dispereamus perditè.
Ego morior quotidiè, mortis reus 15.
Carnalis: at martyr Dei.
Omni in tribulatione Spes me recreat, 2. Cor. 1.
Quâ recreantur cœlites.
Prout socij estis passionis perbrevis, Ib.
Sic longi eritis solatij.
Responsum habemus mortis ex Fide in Deum,
Qui mortuos resuscitat. Ib.
In persecutione deserti haud sumus, 2 Cor. 4.
Perimus in totum neq;.
Nos propter Iësum, *tradimur diræ neci,* Ib.
Vt vita palàm sit illius,
Appareatq; in carne nostrâ postmodùm
Resuscitandâ ad gloriam.
Moriendo vivimus: flagellati haud semel: 6.
Enecti, opem egenis addimus.
Pugnæ foris: intùs sunt pavores maximi: 7.
Iova *est humili solatium.*
Carnalis odit spiritalem, & impetit Gall. 4.
Quâ vi queat, aut iniuriâ.
Absit mihi ullâ gloriari re, nisi Ib.
Cruce Christi Iësu *Principis.*

Si nomine Christi *regis exprobramini,*
Eritis beati perpetim. 1. Pet. 4.
Vt iudicium Dei *inchoetur à domo* Ib.
Ipsius, id nunc tempus est.
Sit sollicitudo iacta vobis in Dem: 5.
Vos ipse curans, nutriet.
Quo passus ac tentatus est Christus, *potest*
Hoc ferre tentatis opem. Hebr. 2.
Cum gente Dei *mâlebat affligi Moses,* 11.
Quàm delitiari cum impijs,
AEgyptijsq́, prætulit gazis probrum
Christi: *capitis membrum sui.*
Angustiantur, exulant, egent pij, 12.
Quis Mundus hic indignus est.
Castigat & flagellat omnem filium, Ib.
Quem diligit, & probat, Deus.
Existimate vestrum id esse gaudium, Iac. 1.
Tentatio si quæ vos capit.
Adversa sors, & aspra crux Ecclesiæ,
Pios patientiâ piè sanctâ, instruunt.
Præstat, Dei *in manus ego sons incidam,*
Præ vi manûs mortalium. 2. Sam. 24.
Tentationes qui metu Dei, *haud capit,*
Ex impatientiâ perit. Iudith 8.
Si de manu Dei *bonum suscepimus,* Iob 2.
Non sustineamus cur malum?

Me

Me Iova *etiamsi occiderit sontem, tamen* 13.
Sperabo in eum mihi bonum.
Crux, & patientia omnium omnis exulum,
Lætos habebit exitus. Psal: 9.
Id pauperi probro datis, vos improbi, 14.
Quòd spem posuit suam Deum.
In Te, Deus, *Patres renixi spe suâ,* 22.
Nil sunt pudefacti hac irritâ.
Cunctos, Deum *qui sustinent, ac inuocant,* 25.
Confusio nunquam subruet. Aliter.
Qui sustinent, colunt, & inuocant Deum,
Eos pudor non subruet.
Spes in Dominum *defixa, roborabitur,* 27.
Vnquam nec infirmabitur.
Si castra me cingant, mali formidine Ib.
Nullius hoc cor concidet.
Spectans Dominum, *vir esto forti pectore,*
Et cultor illum sustine.
Deum *timentes, & colentes, ius soli* 36.
Hæreditabunt terrei.
Sis innocens, & æquus, & pacem colas, 37.
Quantum in te erit, cum singulis.
Iusti modicum, multis Iniqui & grandibus Ib.
Vbiq; acervis prævalet.
Sis subditus Deo, *brevem nec invide* Ib.
Felicitatem reprobis.

Contritum, humile & cor, afflictumq3, Ias,
Non despicies, nec respues. 51.
Iacta Dominum super curam tuam, is tibi
Altor, patronus, Rex erit: 55.
Iusto tibi fluctuatione non dabit 1. Pet. 4.
In tempus æternum abripi.
A parte cum meâ Deus stet, ut caro 56.
Me perdat, expavesco nil.
Subiecta mens Deo mea est, á quo mea 62.
Dependet unico salus.
Pij cruce afflicti, requirebant Deum, 78.
Sua salutis anchoram.
Pacem suos loquatur ad sanctos Deus, 85.
Per stulticiam ne exorbitent.
Lætus calicem salutis assumam, & bibam, 116.
Dei invocato nomine.
Me tradidit neci Deus, sed in nece 118.
Non emanere pertulit.
A mane novo, ipsam ad usq3 vesperam, excubet,
Ac speret in Deum, Israhel. 139.
Placent Deo omnes sexu utroq3, qui locant
Spem in ipsius clementiâ. 147.
Pauper suo contentus, est acceptior Prou. 12.
Præ glorioso, at indigo.
Vocari amicè, præstat, ad decoctum olus, 15.
Quàm lividè, assus ad dapes.

Opes

Opes modicæ & partæ pio Dei *metu,* 16.
Gazis potiores barbaris.
Cum paupere dives, Iova *utrumq; condidit,*
Sibi fuerunt obuij. 22.
Qui spiritu pauper, sibi nil arrogat, 29.
Is consequetur gloriam.
Melior pugillus ex quiete, quàm manus Eccl:4.
Curis locuples turbidis.
Lenis, patiensq;, est arrogante, & turgido, 7.
Ex parte quauis, sanior.
*Bonis, bonâ in die, malam caue, (*Deus
Vtramq; fecit) utere
Peccator etsi centies patret mala, 8.
Tamen est benè amantibus Deum.
Est perbrevis crux; iugis at iocunditas: Syr:1.
Hanc expete, illam sustine.
Ad seruitium accedens Dei, *te præpara,* 2.
Fili, arduo certamini.
Expecta, humilis coram Deo, *manum ipsius*
Ad sublevandum amplissimam. 13.
Præstat tenuis victus, casâ sub paupere, 29.
Dapibus sine illâ, pinguibus:
In corpore sano, sana mens ingentibus 30.
Est præferenda censibus.
Postquam invocâssem, vênit in me spiritus Sap:7.
Sapientiæ Excelsissimi.

Oratio, vel instar iræ, perficit, 8.
Vt finem habeat necessitas.
Ad parietem stat sponsus & sponsam expetens,
Cancella, fenestrasq; inspicit: Cantt:3.
Angustiâ Te quæsierunt in sua: Esa:26.
Tuam assecuti gratiam.
In spe, silentioq;, vestra erit sita 30.
Tum fortitudo, tum salus.
Parcant ocelli lachrimis tui: sua Ier:31.
Merces operi tuo datur.
Homo quiesce tandem, ait Iova: *est tibi* Ib:
Novissimis spes in tuis.
Bonum est salutem præstolari cœlicam Thren:3
In spe bonâ, & silentio.
Anima esuriens, dat æquitatis gloriam
Iusto omnibus factis Deo, Baruch 3.
Si traxerit morari, parùm expecta Deum,
Mox adfuturum vindicem. Habac:2.
Afflictio diei cùiq; sat sua est, Matt:6.
Graviq; sorti dura crux.
Iugum meus Meum *suâve, onus leve est* 9.
Ad sustinendum suâviter.
Beatus est, quicunq; non offenditur 11.
In Me, nec offendi velit.
Qui perdiderit vitam Mei *causâ suam,*
Lucrabitur ævo ipsam altero. Lucæ 9.

Quo

Quo spiritu ducamini, haud cognoscitis Ib.
Ob præcipitem iracundiam.
Mentes patientiæ capistro stringite, 21.
Et possidete fortiter.
Nondum hora venit hæc Mea, in qua pandere
Meam deitatem debeam. Ioan: 3.
Non vestrum erit momenta nosse temporum,
Quæ sunt Mei in manu Patris. Actt: 1.
Apostoli ibant læti, Iesu principis 5.
Quòd nomine digni essent pati.
Crux est patientiæ parens: probatio, Rom: 5.
Nutus: genitrix, robur Spei.
Iræ Dei dando locum iustissimæ, 12.
Culpâ, vitijsq; abstinite.
Noli à malo vinci: sed in bono malum Ib.
Evince sanctis moribus.
Quod ædificationibus pacis quadrat, 14.
Custodiamus invicem.
Est pro minimo id mihi, refert Apostolus,
Vt iudicer humano à die. 1. Cor: 4.
Benedictione, & execrationibus Ib.
Mala sustinemus in cruce.
Facti sumus mundi istius purgamina, Ib.
Plebsq; omnium abiectissima.
Deus fidelis non supra vires sinet 1. Cor: 10.
Tentamini nos subijci:

Verùm secundabit bono illud exitu,
Possimus ut subsistere.
Si vitam ob hanc speramus in Christum *modò,*
Homines sumus miserrimi. 19.
Inanis haud erit labor vester, Pij, Ib.
In nomine susceptus Dei.
Sitis vigiles, stetisq; fortes in fide: Ib.
Viri este Amoris actibus.
Nostræ tribulationis est iugum breve, 2. Cor: 6.
Onusq; momentaneum:
Sed pondus efficax ferendæ perpetis
Sublimitati gloriæ.
Nos exhibeamus servulos Dei, *haud sine* 13.
Magno patientiæ lucro.
Sapite, & datorem amoris & pacis, Deum
Sectamini amore, paceq;. Gall: 6.
Mundus crucifixus est mihi: Mundo ast ego,
Contrariorum dogmate. Ib.
Ego Regis: Iesu *stigmata hoc in corpore* Ib.
Gravi nimis, circumfero.
Est vestra Christus *vita, vestro cum duce*
Abscondita & sita in Deo, Coll: 3.
Nemo in tribulatione succumbat gravi,
In quam positus sit à Deo. 1. Thes: 2
Vestratibus, haud tristemini, de mortuis; 4.
Cassi Fide ac Spe, ut Ethnici.

Cum

Cum victu amictum nos habendo commodum,
Linquamus avaris cætera. 1.Tim:6.
Laboro miles Christi Iësu *strennuus,*
Adoreæ fiduciâ. 2,Tim:2.
Si sustinemus compati hîc Christo *duci,* Ib.
Illic quoq; conregnabimus.
In Christo Iësu, *qui piè optant vivere,* 3.
Sufferre coguntur crucem.
Certans bonum certamen,& metam attigi, 4.
Deoq; *servavi Fidem:*
Olim mihi corona vitæ & gloriæ
Donabitur inter cœlites.
Cùm damna sufferris benignè, gratiam 1.Pet:2.
Lucrabimini largam Dei.
Gaudete Christo *compati, eius gloriæ* 4.
Vt gaudeatis visui.
Iuxta voluntatem Dei *ferens crucem,* Ib.
Dat Plastæ animam in lucro suam.
Sufferte Dei *causâ rapinas aut opum,* Hebr:10.
Aut damna rerum singula.
Amittere vos nolite confidentiam, Ib.
Cui magna remuneratio est.
Ad propositam nobis palæstram cœlitùs, 11.
AEquis feramur mentibus.
In disciplinâ filiali pergite; 12.
Deum *experiemini Patrem.*

Exercitatis disciplinâ filijs, Ib.
Fructum æquitatis dat Deus.
Homo beatus ille, qui suffert Dei Iac:1.
Probationem quamlibet.
Qui vicerit suam crucem, haud delebitur
Vnquam è libro viventium Apoc:2,
Qui vicerit, donabo ei Mecum in Meo 3.
Sedere perpetim throno.
Ego *sitienti vitæ aquam gratis dabo:* 21.
Tenebit hanc, qui vicerit.
Ecclesiæ iam prædicatur efficax
Oratioq;, & eius exauditio.
Pervenit ad Me clamor: est afflictio Exo:3.
Mi visa gnatorum Israhel.
Ego *gemitus Israel alumnorum audij,* 6.
Non immemor pacti his Mei.
Moses ubi levabat ad cœlum manus, 17.
Vincebat hostem gens sua:
Eas ubi remittebat, statim efferus
Illam superabat Amalech.
Cadens aperto lumine, absq; Iehova
Valebit haud resurgere. Num: 24.
Verbosi amiculi estis: ad meum mei Psal:11.
Stillant oculi guttas Deum.
Divina pauperem respectant lumina, 22.
Nec despiciunt precem illius.

Despexit

Despexit haud preces egeni Iehova, 34.
Nec vota fecit irrita.
Adite Deum, *ac illuminamini ipsius* Ib.
Luce, in serenis vultibus.
Aures pias preci Piorum commodat, 37.
Per cuncta iustus, Arbiter.
Viam Domino *tuam spei fiduciâ,* Ib.
Tradas: reliquum Ipse *fecerit.*
Pressus cruce, invoca Me: *ut hinc te* Ego *eruã:*
Me *& tu vicissim prædices.* 62.
Sperate semper in Deo, *coramq; eo* 60.
Effundite vota supplices.
Meum super stratum memor tui, Deus, 63.
Te nocte dieq; cogito.
Deum *requirite universi vos pij;* 69.
Mens vestra vivet in Deo.
Non despicit suos Deus *vinctos, quibus* Ib.
Fautor benignus, prospicit
Dei *recordor, quando turbor, seu loquor*
In tristiori spiritu.
Dum cæderentur, expetebant Iehovam,
Et invocabant fervidè. 78.
In Me quia speravit, Tegam, Eruamq; eum 91.
Mei *agnitione nominis.*
Orationem vilium aspexit Deus, 102.
Nec sprevit effusas preces.

Iusti subindè confirmamini, Iova 105.
Obaudit haud vestram precem.
Vidit tribulatorumq; & audijt preces 106.
Servator, ac rerum arbiter.
Iusto Deus *clamore, cêu somno, excitus,* 107.
Suos malo ab omni liberat.
Iova, *se timentium, voluntatem facit,* 145.
Et vota eorum perficit.
Propè est Dominus *cunctis eum invocantibus,*
Et in Fide colentibus. Ib.
Revela opus Deo *tuum: & secundabit*
Te in cogitatibus tuis. Prou:16.
Læsi Deus *precationem exaudiet,* Syr:35.
Eritq; vindex supplicis.
Deus *viduam non despicit flentem, ac ei* Ib.
Gemitu loquentem pectoris
Postquam rogâssem, invasit in me Spiritus
Sapientiæ Excelsissimi. Sap:7.
Oratio necessitatem finiens, 18.
Resistit iræ Vindicis. (adhuc,
Clament priusquàm, Ipse *audiam: & gementûm*
Implebo questus flebiles. Esa:65.
Non est in Orbe, qui misertus aut tui, 64.
Surgat, iacentem aut te levet.
Postquam preces fudêre, plaga Iehovæ 26.
Sævire desijt statim.

Vox audietur vota proferentium Thren:2.
In æde sacratâ Deo,
Non oppositis vos pijs precatibus, Ezech:13.
Murum velut, Israel pro domo.
Virum requisivi, nec inveni tamen, 23.
Seps qui oppositus Mihi *foret.*
Tuæ precis, Vates, suo à primordio, Dan:9.
Ait Angelus, Sermo exijt.
Cœtum, sacerdotes, sacratum cogite, Iohel:1.
Vnàq; clamate ad Deum,
Clamemus, in cœlum levatis vultibus: 1. Mach:4.
Nostri miserebitur Deus.
Orate vestris pro malignis hostibus, Matt:5.
Et vos calumniantibus.
Bonum dabitur petenti, & inventuro opem, 7.
Fores patebunt cœlicæ.
Vbi duo, tresvé congregabuntur meo 18.
In nomine, Me addam his tertium.
Quæcunq; credentes petetis à Deo, 21.
Hæc omnia impetrabitis.
Vigilateq; ac orate, diri dæmonis 26.
Vos ne opprimat tentatio.
Orando quæ petetis, hæc habebitis Mar:11.
Donata vestram per Fidem.
Orare nos oportet, excubareq; 18.
Indefatigatâ prece.

In Spirituq3 & veritate Iehovam, Ioan: *4.*
Parentem adorabunt Pÿ.
Si verba manserint Mea *in vobis, Fide* *15.*
Hæc cuncta possidebitis.
Rogate, voti compotes in omnibus *16.*
Eritis Fidei per gaudium.
Præstare Deus *nobis potest cuncta ampliùs,*
Quàm poscimus, quàm noscimus. Ephes: *4.*
In cordibus vestris Deo *omnes psallite,* *5.*
Gratesq3 semper dicite.
Oratione vestrâ in omni, sint preces Coll: *1.*
Cum gratijs, notæ Deo:
Cuî participes sortis sacratæ in lumine
Estis, Patri sit gratia.
Dictis & actis Christi Iësu *in nomine* *3.*
Grates Deo *Patri édite.*
In actione gratiarum sedulâ, *4.*
Instate precationibus.
Gaudete & usq3 comprecemini: Deo *1.* Thes: *5.*
Grati bonis ex omnibus.
Levate manus puras, sed absq3 iurgijs, *1.* Aim: *2.*
Et disceptationibus.
A subditis fiant preces pro Regibus: Ib.
Vt pax utrinq3 sit pia,
Tranquillaq3 agatur vita utrisq3 qualibet
In castitate & gratiâ.

Audit

Auäit Deus *nos supplices, ac efficit* 1. Ioan: 5.
Per cuncta voti compotes.
Si quis Sapientiâ indiget, dari hanc sibi Iac: 1.
Exposcat à Deo *Fide.* Aliter.
Qui vult Sapientiam, Dei *donum, assequi,*
Hanc poscat eum, haud fide hæsitans.
Servabit infirmum frequens precatio, 5.
Profectaq; fervida ex Fide.
Multùm valet iusti apta deprecatio, Ib.
Indefinensq; & seria.
Quicunq; vestrum non parum tristabitur, Ib.
Oret Deum, *psallat* Deo.
Ecclesiæ permira propagatio est:
Mirabilior divina sed defensio.
Nil difficile est factu Deo, *ter maximo*
Rerum Parenti, & arbitro. Gen: 18.
Iacobe, Vidi cuncta, quæ Laban socer 31.
Iniurius fecit tibi.
Præsens Iosepho fuit Deus *suâ* 39.
Benedictione in omnibus.
Nocta columnâ nubis: in die igneâ, Exo: 13.
Præibat Israelem Deus. & Psal: 105.
Quis, est similis tui, Iehova, *in fortibus,*
Tot tantaq; per miracula? Exo: 15.
Portavi aquilarum alis, & assertos Mihi 19.
Vos vindicavi ab hostibus.

Tuus Dominus Deus *tulit te, quomodò*
Implumen aufert filium, Deut: 1.
Viam Dominus *novit tuam: hospitalitas* 2.
Nunquam sua defuit tibi.
Homo velut prolem suam erudit: Deus 8.
Sic erudivit te sibi.
Ego *percutiam, sanabo q3 Ipse: nemo erit* 32.
Qui te manui Meæ eximat.
Facit Dominus, *ditat q3 solus pauperem;*
Humiles in alta subvehit. 1. Sam: 2.
Et mortificat, vitæ q2 reddit Iehova: Ib.
Deducit ad Orcum, hinc q3 extrahit.
Dei *est iuvare, & in fugam convertere*
Inusitatis viribus. 2. Paral: 25.
Et vulnerat, & medetur Ias *vulneri:* Iob 5.
Quem percutit, sanat quoq3.
Mirè Deus *sanctum asserit suum, ac eum*
Ad dignitates evehit. Psal: 4.
Infantium & lactentium ore perficis 8.
Laudem Tibi, victis hostibus.
Pastor Dominus, *suam bidentem, me regit,*
Rei hinc egebo nullius. 23.
Ad vesperam fletus quidem morabitur: 30.
Sed mane redibit gaudium.
Dulcedo magnæ quanta multitudinis, 31.
Tuo, Deus, *gregi fluit?*

Consulta

Consulta principum Deus *vana improbat*, 32.
Qui consilio perpes suo.
Propè est Deus *his, qui corde contrito gemunt:*
Qui sunt humiles in Spiritu:
Adest Deus *afflictis refracto pectore,*
Humiliq; spem bonam fovet.
Multos tribulatione multâ, crux premit, 34.
Sed hinc Iova *illos liberat.*
Hominis pij gressus reguntur à Deo, 37.
Rectâ ut ferantur orbitâ.
Sui iuventutem gregis reget Deus, 48.
Et promovebit fausliter.
Factis, & in sanctis Deus *mirabilis*, 68.
Suos ubiq; providet.
Imponit onus nobis Deus: *nostra est salus*
Omni die, loco, statu Ib.
Mirabilia & stupenda solus efficit, 72.
Qui cuncta scit, & potest, Iova.
Assertor & custos Ias *est omnium*: 75.
Hunc erigit, illum deprimit.
Mirabiliorq; illustriorq; montibus 76.
Es, Iova, *deprædantibus.*
Via est Dei, *ut navis profundo in flumine* Ib.
Vestigijs incognitis.
Mutare quevis arbitratu pro suo, 77.
Potest manus Excelsissimi.

Tuis profundis cogitationibus 92.
Sophos, Deus, *amentes facis.*
Motus Maris mirabiles sunt, his tamen 93.
Mirabilior Rex cœlicus.
Iusto exoritur lux; corde rectis, gaudium, 97.
Serenitate mentium.
Qualis miserator filij Pater sui, 103.
Est talis in nos Iehova:
Morbis medetur mentis atq; corporis,
Reddit q; vitam, cui velit.
Mentem esurientem Iova *pascit commodè,*
Pastamq; repascit indies. 101.
Ex stercore Ias *sublevando pauperem,* 113.
Cum principibus viris locat.
Cœlestis Heros *terræ ad ima respicit,* 138.
Et alta quæq; despicit.
Cunctos Dominus *servos potenter adiuvat,*
Læsos iacentes erigit. 140.
Deo *est placitum benè in suo grege, is datâ*
Salute, mansuetos beat. Ib.
Ex corde contritis medetur Iehova 147.
Contritionemq; atterit.
Nullo sapientiæ Dei *modo ullibi* Ib.
Vnquam numerus reponitur.
Depressio præcedit omnis gloriam, Prou. 15.
Quâ fastus & astus excidunt.

Disponit

Disponit humanum viam cor propriam: Prou:16
Gressus regere huius, est Dei. Aliter.
Proponit hoc illudvé homo omnis: attamen
Disponit unicus Iova.
Dei *placitum humanas reflectit huc vias,* Ib.
Vt pace frui hostes expetant.
Deus *suos tentavit ad bonum, ac eos* Sap:3.
Invenit idoneos Sibi.
Sophia Iosephum haud reliquit venditum, 10.
Et mancipatum carceri.
Sortes iaciuntur in sinum: sed à Deo 16.
Attemperantur arbitro.
Vtero in Meo gestamini ad senectam: Ego
Vos ipse canos efferam. Esa:4.
A succo olivæ computrescet id iugum, 10.
Quo colligabuntur Mei.
Mensura ubi mensuræ erit contraria, 27.
Dimetietur id Deus.
Alienum opus nostrum à Dei *potentiâ est,* 28.
Vt hæc operetur proprium.
Et consilium mirabile exprimit Deus, Ib.
Et iusticiam exaltat suam.
Deus *suas velut volucres protegit:* 31.
Sic proteget te, ô Iersâlem.
Absconditus Iova *est viæ mortalium,* 45.
Et cœcitati sensuum.

Elegi

Elegi egestatis camino te Mihi, 48.
Auri instar excocti probè.
In tempore accepto audij te Ego: *die* 49.
Salutis, adiutor tuus.
Vultus Ego *parumper abscondi Meos,* 51.
Parvâ subiratus morâ:
Sed in favore perpetis clementiæ,
Rursùm misertus Sum tui.
Meâ tibi indignatione vulnera 60.
Inflixi, at haud lethalia:
Vt sempiternâ sospitarem te Mihi
Prolem Pater indulgentiâ.
Quem respiciam Ipse? *Spiritu pauperculum,*
Tritum, trementemq; os Meum.
Conflabo vos instar metalli scoriæ: Ier: 9.
Probabo vos flammâ crucis.
Non est hominis via ipsius, nec est viri, 10.
Vt dirigat gressus suos.
Qui gloriatur, glorietur Me sibi Ib.
Iustum, faventemq; arbitrum.
Flentes venient, risu recedent, ac meam 31.
Benignitatem sentient.
Luctus piorum Iova *muto gaudijs:* Ib:
Læti ut dolere desinant.
Qui dissipavit Israhelem, colliget Ib:
Hunc restitutum Patriæ.

Quòd

Quod in nihilum planè redacti non sumus,
Clementiæ munus Dei *est.* Thren:*3.*
Ego benefactor vester: ob nomen Meum,
Vobis patronus sum & pater. Ezech:*20.*
Zelator existam subindè fervidus *30.*
Mei *sacrosancti nominis.*
Ego Dominator dissipata colligo: *36.*
Destructa struo, inculta excolo.
Noster suos Deus *ministros demere* Dan:*3.*
Poterit, volet si, his ignibus.
Qui vulnerabit, ille sanabit quoq; Hos:*6.*
Herus ministris vulnera.
Ego, *velut nutricius, porto Ephraim* *11.*
Portaboq; his in brachijs.
Cribrans domum Israhel, velut sit triticum,
Quassabo humi granum haud cadet. Amos *9*
Meam priùs eiectam, & Mihi afflictam malè,
Solabor, & recolligam. Mich:*4.*
Die hos tribulationis Ias *recreat.* Naum *1.*
Qui fidere ei uni noverint.
Viam tuis straviſti equis algâ in maris, Habac:*4.*
Et in profundo gurgite.
Salvabo claudicantem & hanc recolligam,
Quæ dissipata Mî fuit. Zoph:*3.*
Deus Dominus *tuus super te gestiet,* Ib.
Pro laude suâ spectabili.

Potentia

Potentia armorum haud parat victoriam:
Sed æquus arbiter, Deus. 2. Mach:15.
Deus *vel electos propter suos, dies* Matt:14.
Hos abbreviabit pergraves.
Bene omnia fecit Messias, surdos dedit Mar:7.
Audire, mutos proloqui.
Famelicos cibis replevit: divites Lucæ 2.
Dimisit inanes, Iehova.
Christus *ruinæ, erectionivé Israhel,* Ib.
Multis positus, spectabitur.
En mortuus revixit, ac deperditus 15.
Miserrimè, repertus est.
Alij laborârunt: labores vos tamen Ioan:4.
Horum metendo, absumitis.
Infirmitas pro morte non est Lazaro, 11.
Sed Iehovæ *pro gloriâ.*
Pacem Meam relinquo servulis Herus, 14.
Non more Mundano tamen.
Manere si volo Ioannem, donec huc 21.
Revertar, ad te quid, Petre?
Qui navigant, ô Paule, tecum, omnes tibi,
Donavit Ias *cœlicus:* Actt:22.
Velletur è suo nulli capillus vertice,
Illové peribit inscio.
Functos resuscitat Deus, *vocans ea,* Rom:1.
Quæ non fuerunt, ut sient.

Qui

Qui diligunt Deum, *in bonum ipsis mutuas*
Tradunt opellas singulæ. 8.
Quos iustificavit, glorioſos reddidit Ib.
Hos iustus omnium arbiter.
Seu vivimus nos, ſive morti tradimur, 1.Cor.15
Chriſti *ſumus peculium.*
In mortem alijs odor citæ mortis ſumus:
In vitam alijs ſed vitæ odor. 2.Cor.2.
Tribulationis experimento gravi, 8.
Manabit omne gaudium.
Scio ſatiari, & eſurire fortiter, Philip.4.
Divesvé inopsvé confore.
Deus *reſiſtit faſtuoſis: at ſuam* 1.Pet.5.
Confert modeſtis gratiam.
Sunt facta tua, ô Deus, *permagna, miraq́;:*
Iuſtæ Tibi, & veræ viæ. Apoc:15.
Eccleſiæ ſtupenda fit defenſio
A Patre rerum, præpotenteq́; arbitro.
Ego *benedicam optantibus tibi bona:* Gen.12.
Maledicam at inſultantibus.
Ego *tuus ſum fautor, & merces tua* 15.
Ingens, amore pro Mei.
Tuis Ero cuſtos vijs in omnibus, 28.
Tutisq́; ſiſtam te locis.
State intrepidi, ſtate, & Dei *magnalia*
Spectate futura in hoc die: Exo:14.

Veſtro

Vestro Dominus *pugnabit in loco: id modò*
Spectate silentio Spei.
Muri instar, æquor alveo siccum stetit, Ib.
Et transitum Israëli dedit.
Ego *hostibus tuis ero hostis pertinax,* 23.
Pressorq3 te prementibus.
Vestrî in medio vester Deus *stans, eruet*
Vos è malignorum manu. Deut. 20.
In naribus tuis reponam circulum: 1. Reg. 19.
Stringam lupatis os tuum.
Vos dimicando nil, opem, fortes modò
Este, experiemini citò. 2. Paral. 20.
Noster Deus *bellator hostes exiget:* Neh. 4.
Nostrum faciamus nos opus.
Novit Dominus *callem piorum: sed via*
Cœtûs peribit improbi. Psal. 1.
Deus *pij gregis requiret sanguinem* 9.
Cruda è manu tyrannidis.
Propter nimis sortem misellam pauperum, 12.
Exurgo nunc, ait Deus.
Dexter mihi adstat Iova, *lapsus, ne ruam,* 16.
Et in manum hostis incidam.
Vindex inopem Deus *rapit forti è manu,*
Et despoliante pauperem. 35.
In iudicio iustum suo absolvet Deus, 37.
Damnetur ut ne cum reis.

Iustos

Iustos Deus *protector almus, & pater* Ib.
In sorte, morteq; asserit.
Iudex Deus *in terris gravatos eruit,* 58.
Pœnasq; tyrannis irrogat.
Magnas ubiq; res geremus in Dei, 60.
Virtutis altæ, nomine. Aliter.
Magnas geremus res in Iâ *principe:*
Nostros is hostes subruet.
A cœtibus nocentium me texeras, 64.
Deus, *tegisq; & proteges.*
A vi ferocis Iova *pauperem asserit,* 72.
Cùi patronus defuit.
Boni ominis ergò, Iova, *signi id da mihi,*
Spectem ut pudefactos amulos: 86.
Nam tu Dominator *me tibi assertum probè,*
Solatus es percommodè.
Iniuriam passis, adest Iudex Deus: 103. & 146.
Vtrinq; iustus & potens.
Iudex inopis, vindexq; pauperis, Iova 104.
Vtrumq; potenter eruet.
Nolite Christos tangere, aut vates Meos 105.
Convitio lacessere.
Omnem Dominus virgam refringet impij, 123.
Sortem super pij gravem:
Ne fors ad iniqua dexteram extendens suam,
Succumbat impar ponderi.

Iobum,

Iobum, & ipsius domum potentiâ Iob 1.
Opibusq; vallavit Deus.
Manu è violentâ divitis Iova eruet, 36.
Sibi probatum, pauperem.
Causam Dominus dijudicabit cognitor
Tàm divitis, quàm pauperis. Prou. 22.
Vmbraculum in æstu Ias: erit protectio Isa 4.
A turbine, igne, & flumine.
Vos consilium, quod dissipetur illicò, 8.
Inite, ruinâ in irritâ.
Adest Deus nobis favens nostras fovet,
Partes ocello vindice.
Aves Deus sicut volantes protegit; 31.
Ita proteget te, ô Ierusalem.
Alvo in meâ gestamini, & gestabimini, 46.
Ad canitiem vestram, Pij.
Bellum inferendo, prævalebunt haud tibi,
Hostes, quòd Ego sum Rex tuus. Ier. 1.
Ego universos, te relicto sospite, 46.
Absumsero iram per Meam.
Dijudicetis causam egeni & pauperis, 22.
Nec sitis iniqui Iudices.
Quòd in nihilum prorsùs redacti non sumus,
Donum est Dei clementiæ. Thren. 3.
Vester benefactor Ipse, nomen ob Meum
Vestras nihil cura vias. Ezech. 20.

Te cir-

Te circumagam, Gog, & lupatis os tibi 30.
Frenabo constrictum probè.
Zelabo valdè sacrosancti nominis 39.
Mei probrum ac infamiam.
Salvabo Meos in rege eorum, Messia, Hos. 1.
Idq; eius equis & contibus.
Confusio perpes haud erit plebi Meæ: Ioel 2.
Quòd in medio Israel sim, sciet.
Meis Ego *circumdatis, ero igneus* Zach. 2.
Murus cavato fossili.
Qui læserit vos, læserit tenerrimam Ib.
Mei *hic ocelli puppullam.*
En Ipse *proponam Israhelis crapulam,* 12.
In limen eius accolis.
Ecclesiæ, Christo *superstructæ in petrâ,*
Non prævalebunt Inferi. Matt. 16.
Ego ipse *vobiscum diebus sum omnibus,*
Ad usq; finem sæculi: 28.
Nemo rapiet Meas oves manu è Meâ. Ioan. 10.
Nec è Meis ovilibus.
Non vos Ego *volens sciensq; liquero,* 14.
Flatu sine sacratissimo.
Permittite hos abire primùm, quò velint; 18.
Hinc Me prehensum abducite.
Sum, Paule, tecum Ego: *tibi nunc neminem*
Nocere sinam adversarium. Actt. 18.

Non militiæ sunt arma nostræ carnea: 2.Cor.10.
Sed robore spiritalia.
Propè est Dominus; *nil anxij disquirite*
Lucra; nil homines pavescite. Philip.4.
Scit & potest Deus *pijs quantaslibet* 2.Pet.1.
Tentationes demere.
Is maior est, qui possidet vos advenas, 1.Ioan.4.
Quàm Mundus iste cum asseclis.
Ecclesiæ victoria est præstantior,
Mūdi huius im mūdi triūphis omnib⁹.
Vrbes sui hostis possidebit gens Dei, Gen.22.
Portasq; forenses Gentium.
Facie ad faciem Luctator *aspexit Fide,* 33.
In formâ hominis sumptâ, Deum.
Vos, cogitâstis de me, ait Iôseph, malum 50.
Id in bonum vertit Deus.
Quanto magis Hebræum premebatur genus,
Tantò vigebat auctius. Exo.1.
Sol, lunaq; longum constitêre per diem, Ios.10.
Excinderet hostes dum Israhel.
Clamans: Gladius Dei *atq; Gideon: suo*
Ex vulnere Midian ruit. Iudd.7.
Seruare Deo *in multus vê, paucisvê, unico,*
Non difficile ullo est tempore. 1.Sam.4.
Ad ultimum noscetur æquus Arbiter, Psal.9.
In præmio & pœnâ, Deus.

Edens

Edent inopes, pastiq; laudabunt Deum 22.
Studio requisitum pio,
Mentes piorum in æternos vivent dies,
AEvoq; perpeti cluent.
Nixus Deo, ovabit iustus, intuens suis 58.
Diam ultionem in hostibus.
Fixâ in Deum spe, iustus en lætabitur, 64.
Rectisq; corde laus erit.
Oliva qualis floret, ac onus subit: 92.
Florens ita subsistet pius.
Dei in domo fixis sati radicibus, Ib.
Auctu senij uberis, virent.
Ad iudicium AEquitas reversa, plurimos 94.
Secum sequaces pertrahet.
Regnat Deus: æther, continens, mare, Insulæ
Et montium valles ovent. 96.
Ob iudicia, excelsissime ô Heros, tuæ 97.
Sionis ovârunt filiæ.
Regnum tenet novum Deus Gentes fremant
Tumultuatæ irâ gravi. 99.
Recti videbunt, & videntes gestient: 107.
Ora obstruentur reprobis.
Regna inter hostes, præpotens Rex, obtine 100.
Et frange tuo sceptro æmulos.
Mens nostra, qualis passer è reti aucupis 124.
Liber, repentè subvolat.

Disseminata copiosis lachrymis, 126.
In gaudio metent Pij:
Veniendo in exultatione deferent
Ex se maniplos copiâ.
Delusor elusus perit: dat mitibus
Suam Iehova gratiam.
Angustiâ dum liberabitur pius, Prou. 11.
Hac impius vexabitur.
Iustus leonis more, confidens erit, 27.
Nullâq; re terrebitur.
Emanuel sacer necabit impium, Esa 11.
Labij per halitum sui.
Tensâ Deus manu affliget malos malè: 14.
Quis omnium hoc averterit?
Ex Iudicij Dei æquitate, noverit 26.
Homo æquiter ius reddere.
Deo fideles fortitudinem induent, 40.
Pennis aquilarum præpetes.
Et consilium stabit Meum, & nunquam Mea
Erit voluntas irrita. 46.
Lætabor eos super, quibus perfecero Ier. 32.
Promissa rebus præstita.
Curabo eos, & pandam eis pacem precis, 33.
Et veritatis semitam.
Hostes tuos victrix manus Tua opprimet,
Delebit, & exaltabitur. Mich. 5.

Captivitatem

Captivitatem gentis Israel auferam Amos 9.
Redemtione liberam.
Sursùm capita elevate: vestra cœlitùs Lucæ 21.
Propinquat enim redemtio.
Mundi istius Princeps atrox damnatus est
Tyrannidis deperditæ. Ioan. 16.
Gaudete: Mundum namq; Mundi & complices,
Vici Ipse vobis & Mihi. Ib.
Gaudebit en vestrum cor: à vobis tamen Ib.
Hoc nemo tollet gaudium.
Si consilium istud aut opus mortalium est,
Per se solutum concidet: Actt. 5.
Auctore sin cœpit Deo, *nullatenùs*
Solvi valebit irritum.
A charitate Christi Iesu *Principis,*
Nos nil poterit divellere. Rom. 8.
Gaudete semper in Deo, *Patre omnium:*
Gaudete, plausus édite. Philip. 4.
Non proficient per missionem Iehovæ,
Vltrà feroces improbi. 2. Tim. 3.
Vicêre sancti per Fidem ægritudines Hebr. 11.
Tàm mentium quàm corporum.
Ne fleveris (Angelus Ioanni præcipit) Apoc. 5.
Vicit Leo Iudâ de Tribu.
Vicêre Draconem Sancti, in Agni sanguine 12.
Mundi expiante crimina.

Evincet hostes Agnus, & sibi iunctæ dabit 17.
Illos cohorti vincere.
Ecclesiæ hostes floreant quantūlibet,
Cū flore tamen suo depditi occidēt,
Vir vanus in superbiâ sic tollitur, Iob 11.
Vt pullum Onagri se putet.
Prædo rapinis etsi abundet plurimis, 12.
Non sunt tamen hæ durabiles.
In perditionis tempus à Deo *malus* 21.
Servatur, ut pœnas luat.
Lætos mali ducunt dies, & Deo *inquiunt:*
Recede nostris à vijs. Ib.
Non invenitur hîs Sophia cœlitum, 28.
Qui delicatè hîc victitant.
Multiplicati frugibus, tum fructibus, Psal 4.
Oleoq; abundant & mero.
Quis iste Rex est gloriæ? Armorum potens 24.
Heros, is est Rex gloriæ.
Zelator odit Ecclesiam gregis mali: 26.
Cum impijs non sedero.
In consilio nusquam sedens vano, ambiam Ib.
Illius esse particeps.
Hostes Dei *in sublime provecti, cadent,* 37.
Ac deficient fumi in modum.
Superbiam sectantibus gravis, Deus 55.
Rependet abundè, cogitor.

Vir

Vir sanguinum & dolosus, aetatis suæ 73.
Non dimidiaverit dies.
Os reprobum in cœlos levârunt improbi, Ib.
Magnâ sui fiduciâ.
Zelavi, iniquos pace spectans perfrui, Ib.
Omniq; bonorum copiâ:
Mortalium labori, seu gravamini,
Flagris nec unquam obnoxios.
Deus *posuisti in lubrico malos loco,* Ib.
Sublati ut ad ima decidant.
Peccantibus dixi: cavete vertice 75.
Extollere vestri cornua.
Qui Te perosi sunt, caput nimis suo 83.
Altum extulerunt vertice.
Fœni instar exorti, virent mali & vigent:
Vt intereant per sæcula. 92.
Hæreditatem dissipaverunt Tuam, 94.
Rerum Parens, & Arbiter.
Absconditos contra Tuos vafra admodum, Ib.
Tu consilia exquiri, viden?
Captant animam iusti: innocentis sanguinem
Damnant feris excessibus.
Lucerna peccatum impijs est fulgida, Prou. 21.
Peccare plus ut ardeant.
Petent homines pij latebras, impios Ib.
Dum viderint insurgere.

In tempore longo vivit impius suam, Eccl.7.
Per nequitiam spectabilis.
Vectos equis servos, & horum Principes Ib.
Vidi, tuliq; ægerrimè.
Prævaricatori ac iniquo fit benè: Ier.12.
Est hîc eorum hæc portio.
In consilio illudentium non constiti, 15.
Nec gloriatus his fui.
Dum more aquilæ, nidum tibi exaltaveris, 29.
Hoc detraham te, ait Deus.
Trux ex aquilonari plagâ Gog irruens, Ezech.
Israel Meum infestus premet. 38.
Cornu inferebat dira sanctis prælia, Dan.7.
His prævalebat deniq;:
Donec dierum Antiquus adventu suo
Trusisset in Orcum, Bestiam.
Permulta Deo *sunt castra, quæ fortissima,*
Nutum exequuntur illius. Ioel.2.
Confœderati omnes viri, illusoribus Abdias 1.
Iuncti tuis, fracti iacent.
Se iustiorem calce tundit impius, Habac.1.
Probèq; tunsum proterit.
Crescendo iniqui, Iehovam *tentaverant:*
Reversi at ad Ipsum, salvi erant: Mala.3.
Sontis nunas nihil pavete, gloriâ 1.Mach.3.
Cui stercus ac vermis scatent:

Extollitur

Extollitur nimis superbus hac die,
In crastina sed nusquam erit.
Prodest homini ecquid, si suæ dispendio Matt.
Animæ, lucretur Mundi opes: 16.
Væ divitibus vobis, quòd excluſi polo, Lucæ 6.
Hîc vestra habetis gaudia.
Qui Me tibi arbitro, Pilate, tradidit, Ioan. 18.
Præ crimine, habet maius, tuo.
Fumum pietatis exhibent hypocritæ: 2. Tim. 3.
Virtutem at eius abnegant.
Factis iniquè semper aggravant mali 2. Pet. 1.
Bonos, suo ad extremum malo.
Qui Mundum amat, non est in illo permanens
Dei *Parentis charitas.* 1. Ioan. 2.
Mundana mundani loquuntur: nec nisi
Mundi audiuntur assecla.
Ecclesiæ hostes à DEO victi, iacent
Sub irritis suæ spei conatibus.
Maior minori serviens, cedet sui Gen. 25.
Miro arbitratu Iehovæ.
Inopem posui te: Fortitudinem ut Meam
Te comprobarem sospite. Exo. 9.
Fugiamus hinc nos Israhelem: nam Deus
Propugnat ipsum cœlicus. 14.
Terram ingrederis tu Gentium: nam reprobæ
Sunt: dignus illâ tu nec es. Deut. 9.

Contra impios est dimidicandum; cœlitùs
Datur Pijs victoria. Iudd 5.
Prêndens sapientes astu in ipsorum, Deus,
Consulta pravis dissipat. Iob 5.
Confusione dissipati sunt suâ 6.
Pravi, quòd ego sperem in Deum.
Contra Dominum, *ipsiusq;* Christon Filiũ
Meditata vanè, sunt nihil. Psal. 2.
Rex cœlitum irridebit hostes: perditos Ib.
Confringet, ut vas fictile.
In rete defossum solo, incidet vafer, 7.
Vestigia captans simplicis.
Descendet iniquitas eorum in verticem, Ib.
Vt viribus suis ruant.
Hostis laqueo captus tenetur proprio, 9.
Et morte territus, perit.
Perit recordatio malorum nominis, Ib.
Sonituq; discusso, interit.
Cum perdito deperditus, cum pravo eris 18.
Pravus: bonis tamen bonus.
Consulta pravè, cogitaverint mali 21.
Iactûs sub irriti exitu.
Quam captionem abscondit impius pio, 37.
Hac ipse comprênsus, cadet.
Semen reorum disperbit: at solum 52.
Hereditabit iusta gens.

Iusti

Iusti videbunt & timebunt, dum rei 54.
Cunctis erunt derisui:
Hemo, inquient, dissisus Iæ, *sed sibi*
Confisus, ope omni cassus est.
Os proferens iniqua sæpe, & pessum iens, 36.
Veri obstruetur dogmate.
Rei obliterentur in libro viventium, 69.
Iustis nec adscripti sient.
En Messiæ *hostes procident, ac ipsius* 72.
Vultum ante, lingent pulverem.
Sacrarium Dei *subibo: ex ipsius* Ib.
Verbo exitum omnem intelligam.
Quàm disperierunt undiquaq; reprobi, 83.
Factiq; sunt stercus soli?
Quicunq; Sionem odêre, fiant compares 107.
Fæno domûs in tegmine.
Moti ebriorum more, mentis impotes 122.
Ob naufragium, sunt redditi.
Substantia iniusti atq; sontis, à Deo Prou. 3.
Iustis reservatur viris.
AEdes superborum Iova *altus diruet:* 15.
Viduæ ampliabit terminos.
En impius fugit, (fugatus nemini) 27.
Ob conscientiam mali.
Iusti, minis & impiorum cladibus, 29.
Intenta pascent lumina.

Ephraim auferetur Zelus ex Iuda: hostium
Peribit insolentia. Esa. 11.
Cessabit exactor, tributum desinet 14.
Inter fideles Messiæ.
Finitus est pulvis: miser consumtus est: Ib.
Defecit in terra Gigas.
Homo impius haud videbit gloriam Dei, Ib.
Quæ visa pijs solùm patet.
Ardore concepto intùs, édetis foras 33.
Stipulam, aut quid hac est vilius.
En more vestis, deterentur improbi. 50.
Si quam tinea absumtam cavat.
Furor tribulantis est ibi tyrannidis, 51.
Vbi improbitas est gentium.
Vas omne quod fictum est ruinâ pro tuâ, 54.
A Me *refractum concidet.*
Illusiones Ipse *eorum detegam,* 66.
Et quæ timent, his inferam.
Vos abijcient vestri procul fraterculi, Ib.
Quâ vi, dolo, ac iniuriâ.
Cunctis Meum Israhelem devorantibus, Ier. 2.
Malum veniet notabile.
Qui Te relinquunt, universi maximâ 17.
Confusione corruent.
Asini sepulturâ occidet Rex impius; 22.
Campo insepultus obiacens.

In Vrbe

In Vrbe Mei *cultrices fidâ nominis,* 25.
Primùm flagella profero;
Ne gentibus Me *cognitum haud colentibus,*
Immunitate cesserim:
Moab populus cessabit esse, debitam 48.
Deo *quòd haud det gloriam.*
Quibus calix Dei *bibendus non fuit,* 49.
Epotus at est, tu hunc non bibas?
An tu, quasi innocens, relinquêris Mihi
Iusto universorum arbitro?
Qui grandiloquentiâ tumetis futili, 50.
In prædam eritis dati hostibus.
Faxo potentiam superbientium Ezech. 7.
Cessare, dicit Iehova.
Euge, euge, Meum dixistis in sacrarium, 25.
Hinc acriter vos puniam.
Gavisa quòd sis Israhel terram super, Ib.
Direptio fies Gentium.
Cum sulfure ignem depluam in Gog efferum,
Per maximos exercitus. 38.
Ignem in Magog mittam, & sacrum nomen Meum
Vbiq; reddam notius. 39.
Gressus superbientium incessu vago, Dan. 4.
Deus *potest subvertere.*
Disseminabunt ventum, & igne turbinem
Magno cadentem, demetent. Hos. 8.

Erunt mali pulvis velut per turbinem 13,
Abreptus, aut fumus foci.
Ego populum Meum requiram de manu
Communium utrinq; hostium. Ioel. 31.
Super potentiam superbientium Amos 5.
Exterminij manum inferam.
Lascivientium auferetur factio, 9.
Exterminata funditùs.
Omnem super incessum arrogantem fœminæ
Virivé, visitabo Ego: Soph. 1.
Viros adhærentes suis in fecibus, 2.
Semper volutarri dabo.
Stupenda sunt Dei *in malos portenta: eis* Ib.
Horrendus ille Rex erit.
Si fixeris tibi nidum inter sidera, Abd. 1.
Hinc te ultor Ipse detraham.
Faxo ultionem Gentium iram per Meam:
Incendium hoc nasi est Mei. Mich. 5.
Hostes Mei tanquam lutum plateæ, erunt:
Triti viatorum pede. Ib.
Sunt mortui, straxêre qui necem irritam,
In pusionem cœlicum. Matt 2.
Iustus veniet cruor super vos, qui hactenus 19.
Cruore ab Abelis fusus est.
Deus *superbos mente cordis dissipat:* Lucæ 1.
Pios iacentes erigit.

Qui

Qui vivitis, permittite ut suos hument 9.
Emortui demortuos.
Hæc hora vestra est, hæc tenebris insuper 22.
Concessa potestas horridis.
Est impiorum iusta condemnatio Rom. 3.
In sæculo hoc, & altero.
Mundi Sapientiam istius stultam Deus,
Privans ratione, reddidit. 1. Cor. 1.
Fiet reproborum finis afflictissimus, 2. Cor. 11.
Horum acta secundum pessima.
Remissionē consequentur criminū,
Quicumq; pœnitentiā mali egerint.
Apud Dominum *clementiæ benignitas,*
Redemtioq; plurima est. Psal. 130.
Ipse *Israhelem utrumq; solvet ipsius*
Cunctis ab iniquitatibus.
Si vestra rubebunt crimina instar purpuræ,
Candore certabunt nivi: Esa. 1.
Sin purpuram rubore cocci vicerint,
Lanam superabunt candidam.
Iniquitatis quaslibet culpas tuæ 44.
TERsi, nebulæ instar nubium.
Clemens Meis, iniquitatis totius Mich. 7.
Horum fuero in sæcla immemor.
Quæretur in Israel non reperta iniquitas,
Cui propitiator Ipse sum.

Quis

Quis est similis Tibi Iova, *hæredi suo*
Remissum ut auferat scelus?
Nostri miserétus, nostra quæq; crimina Ib.
Mari inijciet vasto Deus.
Vno die telluris auferam istius, Zach. 3.
Iniquitates singulas.
Parcam Meis, *prolivelut parcit pater,*
Herusvé servo supplici. Mala 3.
Iësus *ille sospitator unicus* Matt. 1.
A crimine salvabit suos.
En ille Dei *Agnus, qui piacla proprio* Ioan. 1.
Mundana tollit sanguine.
Delictum ubi abundavit, magè illo, Gratia
Ibi redundavit magis. Rom. 4.
Christus *suos beans, reatu absterserat* 7.
Et labe quavis criminum,
Fecitq; Reges & Sacerdotes Deo,
Patri suo: nostro patri.
Delicta propter nostra Christus *se obtulit,*
Nosq; abstulit huic sæculo. 2. Cor: 5.
In sanguine Filij, redemtio sita Ephes. 1.
Est æquivalente sub lytro,
Remissionem in gratuitam crimtnum,
Favore patris Dei *omnium.*
In Filij, dilectionis Iehovæ, Coll. 1.
Nostræ salutis stat basis:

Videlicet

Videlicet per sanguinem eius, criminis
Remissione totius.
Vos crimine cæsos, Christus *ad vitam excitans*
Cruore suo, culpâ expiat. Ib.
Chirographum omnibus reis contrarium, 2.
Iam passio Christi *sustulit.*
Fidelis, acceptusq; sermo est, sontibus 1. Tim. 1.
Quòd, Christe, *salus adveneris.*
Nos Christi Iesu, *filij* Dei, *cruor* 1. Ioan. 1.
Emundat ab omni crimine.
Sācti gregis mors in Dei cōspectibus
Rerum omniū lōgè fit acceptissima.
Apud Deum *fidelis una quæq; mens,*
In fasciculo custodiæ est. 1. Sam: 26.
David ego, infantem sequar demortuum:
Ad me is revertet haud magis. 1. Sam. 12.
Ego *dormij, sopore territus necis,* Psal. 3.
Surgens revixi per Iovam.
Animas fidelium à nece Ias *eruit:* 32.
Vitæ dator demortuis.
Sanguis piorum coram ocellis est Dei 72.
Longè pretij permaximi.
Iusti viget, ac vigebit æternùm rata, 112.
Memorabiturq; gloria
Mors sancta virorum est ante conspectum Dei
Valdè pretiosi muneris. 116.

Non

Non emoriar, sed vivus omni sæculo, 118.
Magnalia narrabo Dei.
In morte etiam iustus suâ, sperat bene, Prou. 14
Patriâ, confidit Deo.
Iustorum animæ in manu Dei *sunt, haud eas*
Tormenta mortis obterent. Sap. 3.
Ereptus est hinc, prava ne perversitas 4.
Mutaret intellectum ei.
AEtate consummatus in brevi, pius Ib.
Implevit orbem temporum.
Si morte iustus occupetur concitâ, Ib.
Refrigerio beabitur.
Subi cubile: clausus abdere hîc, Mea Esa 26.
Dum transeat indignatio.
Iustus perit, advertente factum nemine, 50.
A nequam hominum lue erutus.
Iusti requiescunt in sepulchri stragulis: 56.
Laudabiles post funera.
Ad destinatum mortuis transi locum, Dan. 12.
Et stabis ad ultimam diem.
Puella non hæc mortua est, dormit modò:
A Me sed excitabitur. Matt. 9.
Omnes pij vivunt Deo *demortui:* Lucæ 20.
Vitâ renovandi perpeti.
Mecum *in Paradiso eris, latro, sub hoc die,* 22.
Serò mali etsi pœnitens.

Christo

Christo *fide infirma obsequendo Regulus,*
Sanum reperit gnatum domi. Ioan. *4.*
A morte, Fidelis vitam adibit, cœlitum *5.*
Consors beatitudinis.
En noster amicus, dormit: excitandus est *11.*
Per Me à sopore, Lazarus.
Christus *mihi cùm sit vita: mors erit lucrum*
Resuscitando postmodùm. Philip. *1.*
Nos intulimus nobiscum ut huc nihil, 2. Tim. *6.*
Sic auferemus hinc nihil.
Christo *Redemtori piè commortui,*
Vivemus eodem cum duce. 2. Tim. *2.*
Defunctus Abel dudum, videtur hactenus
Martyr cruore proloqui. Hebr. *11.*
Transimus hinc quietis ad iugis statum, Ib.
Qui credimus in Christum *ducem.*
O per beatos ter, quaterq́, mortuos, Apoc. *14.*
Quibus in Domino *mori datur.*
Pij requiescent à suis laboribus, Ib.
Quos morte, vitaé exigunt.
Carnis resuscitatio de mortuis,
Cognoscitur ex his paginę locis sacrę.
Enochus *inambulavit semitas* Dei,
Vivusq́, raptus in polum est. Gen. *5.*
Ascendit Helias astra vectus turbine, 2. Reg. *3.*
Curruq́, raptus igneo.

Scio

Scio Redemtorem meum mî vivere, Iob *19.*
Resurgam & extrema die:
Rursus meâ circumdabor pelle, & meum
In carne spectabo hac Deum:
His ipse oculis ego, nec alter quispiam
Prome: hanc sinu spem condidi.
Emortui vivent tui, & surgent dein Esa: *26.*
Resuscitati à mortuis.
Non amplius teget solum neci datos, Ib.
At fundet in auras excitos.
Hæc ossa vestra germinabunt non secus, *66.*
Herbæ quàm agrorum germinant.
Omnis populus salvabitur, vitæ libro Dan *12.*
Inscriptus, & Iæ redditus.
Cuncti evigilabunt (dormiunt qui in pulvere
Busti) ratione duplici: Ib.
In vitam alij, sæclo vigentem perpeti:
Perenne alij in probrum necis.
Demortuorum erit resuscitatio, Matt. *22.*
Par Angelorum gloriæ.
Sanctorum aperta busta sunt, & corpora *27.*
Permulta revixêre ex humo.
Quicunq; clausi sunt sepulchris, audient
Vocem supremi iudicis. Ioan. *5.*
Si grana frumenti solo concredita, *12.*
Sint mortua, frugis magna erunt.

Vbi

Vbi sum Ego, *minister hîc erit meus:* Ib.
Astris receptus arduis.
Ego *redux vitæ, revixi ovans uti,* 14.
Sic vos redivivi, ovabitis.
E servitio corruptionis à Deo Rom. 8.
Ossa eximentur condita.
Ignobilitate seminatur corpus hoc, 1. Cor. 15.
Metetur autem gloriâ.
Qui Christum Iësum *suscitavit à nece,*
Hoc cum excitabit nos quoq3. 2. Cor. 4.
Nostrum nihili corpus reformabit Deus,
Christi *ad figuram corporis.* Philip. 3.
Si credimus nobis Iësum *è mortuis* 1. Thes. 4.
Resuscitatum, vivere,
Deus *quoq3 hos, qui obdormierunt cum eo,*
In regna cœli transferet.
Christo *rapiemur obviam nube arduâ:* Ib.
Vivemus usq3 cum Deo.
In spe beata Christi Iësu *gloriæ,* Tit. 2.
Manemus adventum Fide.
Resuscitatione Christi *gignimur* Hebr. 3.
Hæreditatem ad cœlicam.
In nube Christus *venerit, videndus his,*
Quicunq3 foderint eum. Apoc. 1.
AEvũ perenne Christianis creditur,
Dandum esse pijs DEI per gratiam.

Sumus

Sumus soboles sacrata sanctorum, his datam
Vitam quoq; nos habebimus. Tob. 2.
Qui nunquam ab Ia *fleximus veram fidem,*
Sed integrè ei servavimus.
Vt calculus frequens arenæ insp̃ergitur, Syr. 18.
Sic exiguo ævo, annus fugax.
In sæculum vivent Pij, quibus sua Sap. 5.
Apud Dominum *merces patet.*
Regnum capient Pij perenne, at è manu Ib.
Dei *datum suam in manum.*
Sol, lunaq; obfuscabitur, postquàm in suâ
Spectabitur Ias *gloriâ.* Esa. 24.
In reliquijs cœtûs sacri lux ertima, 28.
Erit corona gloriæ.
Cum lætitia Pij obtinebunt gaudium, 35.
Luctûs & æstûs præmio.
Præ gaudio cordis fideles gestient 51.
Fine absq; negotio sine.
Non audietur amplius vox fletuum, 64.
Clamor doloris, aut precis.
Ego *novos creo polos: ruet solum:* Ib.
Priora quòd esse desinent.
Quæ non oculus vidit, nec auris audijt, 64. &
Nec cor subiêre, Ias *parat.* 1. Cor. 2.
E Sabbato protuberabit Sabbatum, 66.
Pijs quiete cœlicâ.

Has

Bona diligentibus Deum, *doni ipsius,*
Et gratiæ, parata sunt.
Qui iustitiam docent, nitebunt quomodo
Coruſca in Axe ſidera. Dan. *12.*
Repoſita merces copioſa eſt in polo, Matt. *5.*
Mundana quos crux excoquit.
Divina proles ſunt, adoptiva inſuper, Lucę *26.*
Sanctisq; compar Angelis.
Sunt manſiones plurimæq; & optimæ Ioan. *15.*
Mei *Parentis in domo.*
Vos attrahamus ad Me, ut ſitis hîc, ubi ſum Ego,
In regiâ cœleſtium.
Cùm venerit pijs, quod eſt perfectius, 1. Cor. *13.*
Vaneſcet id, quod pars erit.
In omnibus omnia, almus exiſtet Iova, *15.*
Cum Patre, & Aurâ, Filius.
Nos haud habemus affabrè ſtructam domum,
Verùm perennem, & cœlicam. 2 Cor. *5.*
Ab hoc cupimus peregrinari corpore, Ib.
Ac eſſe noſtro cum duce.
Suo metemus univerſi tempore, Gall. *6.*
Indefatigati tamen.
Apparuerit dum veſtra vita & gloria, Coll *3.*
Chriſtus, *cum eo in hac ſiſtemini.*
Vt glorificetur mirus in ſanctis Deus,
Aderit piè id credentibus. 2. Theſſ. *1.*

His

His Iustitiæ corona tradetur, qui amant
Christi *reditum in terram è polo.* 2. Tim. 4.
Deus *paravit civitatem maximam,* Hebr. 11.
Pro civibus poli & soli.
Credendo verè, gestietis gaudio 1. Pet. 1.
Partâ ex salute per Fidem.
Dum vestra Christus *emicabit gloria,* Ib.
Princepsq; pastorum optimus,
Sumetis ab hoc vestræ coronam gloriæ,
AEvo vigentem perpete.
Erimus quid olim nos, id hauddùm apparuit:
Similes Ducis, ipsa res quod est. 1. Ioan. 3.
Esto Mihi fidelis ad mortem tuam: Apoc. 2.
Vitæ coronâ te induam.
Deducet oves Agnus Dei, *& vitalibus* 7.
Potabit eas canalibus:
Absterget idem lacrumas vel pollice,
Ab udo eorum lumine.
Gaudendo multùm, gloriam demus Deo 19.
In nuptijs Agni ipsius.
Non ultra erit mors, luctuum fletus neq;, 21.
Dolor nec ægrimoniæ.
Superna civitas eget nil lumine, Ib.
Quod luce lustretur Dei.
Pij subibunt civitatem, quos salus Ib.
Vitæ libro inscriptos habet.

Nil

Nil solis & lunæ indigebunt lumine, 22.
Illuminati Iâ, *Pij.*

Pœnę impiorum sempiternę cõgruo Apostolici fine exprimũtur Symboli.

Iram exacuet Deus *suam instar lanceæ,*
Pugnans fatuis terræ incolis. Sap. 5.
Armabit, ad ultionem iniquorum potens 6.
Suâ in creaturâ, faber.
Qui subditos tractant tyrannicè suos, Ib.
Deum *gravem habebunt iudicem.*
Deserviendo plasma Plastæ maximo, Ib.
Tormenta iniquis sufficit.
Novissimè supervenit gregi impio 19.
Dei *ira, flecti nescia.*
Ad deglutiendum, extendit Orcus os suum,
Fortes & altos mancipes. Esa. 5.
Ponam *his calicem indignationis in manum,*
Presse̊re qui te duriter. 51.
Vermis reorum non valebit emori, 66.
Vndisq; restingui incendium,
Satias nec ulla visionis tunc erit
Carni unicuiq;, tum lui.

ODE AD S. SPIRITVM pro sanctificatione.

SPiritus alme Deus, *qui cum Patre, Filioq; es*
Et invocaris Flamen Vtriusq;, (unum,

In vera, ac individuâ deitate: amor perennis,
Et gaudij fons, Gratiæq; tofus.
Te colo, te celebro: grates tibi pango corde toto,
Ob dona tua in me largiter profecta:
Voce Evangelij quem cœtibus inserens piorum,
Illuminâsti, ac per Fidem sacrâsti,
Hactenus ac in ea servâsti, itidemq; adunijsti
Ecclesiâ cum Christianitatis:
Tu mihi fonte sacri baptismatis, hoc cor innova-
Indesinenter fingis & resingis (tum
Interiorem hominis solida reparatione, sensum
Integritatis pro statu prioris:
Supplicis exaudi gemitus, precor: erudi misellum,
Et veritatem duc, reduc in oumem:
Vt qui sponte meâ, rationevé, non queam iugari
Fiduciali corde Christo Iesu,
Quem, sine te, nemo Dominum *valet invocare,*
Fusi cruoris, morte confiteri. (nedum
O lux suprema nitidissima lucis, in latebras
Precordiorum labere intimorum.
Absq; tuo nihil est homo lumine: noxiâ refertus,
Caliginosâ mente tum gravatus,
Abluc quod sordet, quodq; aret, id irriga subindè:
Quod sauciatum languet, hocce sana.
Flecte, quod est rigidum: quod frigidū & algidum
Fove: in viam fer, deviū quod errat. (rigescit,

Elargire pijs septemplice gratiâ ministris
Redintegrati præmium laboris:
Indulgeq3 tuis partæ semel, exitum salutis,
Post tristeq3 ævum hoc, gaudium perenne.
Tu donum, & doni dator unice septiformis: idem
Flatus Sophiæ, Intelligentiæq3,
Consilij pariter moderatio, Fortitudinisq3,
Scientiæ tum, tum Timoris Ixæ:
Verbo Evangelij nobis Sapientiam revela
Tuam, voluntas quæ Dei, Esse quod sit.
Per Te, da, Patrem, Natumq3 sciamus & colamus,
Credendo te Auram semper Vtriusq3:
In Monade ut Triadem veneremur, eam piè volentē
Servâsse cunctos: perdidisse nullos,
Qui resipiscendo, fidant soboli patris supernī,
Quâ sospitatus vivat omne in ævum,
Ergo luce nova perfunde, fugans procul tenebras,
Nosq3 innovatis sensibus, reformæ:
Vt cerni & nosci à nobis genitor queat supremus,
Vel solo ocelli purioris ictu.
Cuî tu cœlestis paraclete, redintegrator, & dux
Fidele præbens testimonium, addes
Exiguæ fidei robur magis ac magis notandum
Ex firmiori constitutione
In curâ nostrî divinâ, animi ac piè paternī
Affectione & liberalitate.

Pectora redde tùis tranquilla, quiete ſub beatâ
Securitatis Conſcientiarum:
Vt plenis Fidei velis, benè Gratiâ feramus,
Fac, filialis Ius adoptionis,
Lætitiâ cordis pariter reſonemus illud: Abba
Pater; frequenti cordium reſultu.
Tu, qui pectoribus noſtris ines arrhabo vel obſes,
Hæreditatis cœlitùs petendæ.
Inq; Sacramentis, Verboq; quoq; prapotentis actûs
Promiſſionisq; efficax es actor.
Fac, habeamus eam ſub pectore firmiter retentam
Noſtro, & ſub imis ſenſibus repoſtam.
O igitur noſter fidiſſime ſemper advocate,
Corrobora nos & tuere firmos
Adverſus faſtus hoſtis Satanæ, impetus, & aſtus,
Tentationes inſuper malignas:
Vt de divino nunquam dubitemus aut favore
Prædeſtinatorum aut vocatione,
Quâ ſumus in Chriſto, *ductore pio, præordinati*
Electionis re perennis ævi,
Serviliq; metûs ne quo dubitemus hæſitante
De patris Iæ providentiâ in nos,
Aut fremitu mētis, fugiamus & horreamus unquã,
Relicti abillo prorsùs, & reſecti.
Optime ſolator, patrocinio tuos celentes
Iugi & miniſtros, præſes alme, fulci,

In cruce

In cruce quinetiam dignare, periculoq3 nobis
Adesse præstò, fide recreator:
Despondere animũ ne quando queamus aggravati:
Sed gaudeamus, dum malis probamur:
Iustitiæ nobis æthrâ super arduâ, coronam
Esse, æstimantes, à Deo *repostam.*
O hominum Doctor, nos instrue, quo modo, quid, &
Tuo arbitratu, sit rogandus Ias. *(cur*
Adde preces precibus: votis tua iunge vota nostris
Suspiriorum questibus remistis.
O tu mundator nitidissime sordium in recessu,
Fibrâ vel imi pectoris latentûm.
Simplicitatem animi, fellis sine amaritudine omni,
Largire nobis. (qui columbæ ad instar,
Cœlo delapsus, Christi *caput, amne loti lãrden,*
Præoccupâsti, voce sub Parentis)
Inter nos virus ne ferveat æmulationis
Contentiosæ, lisvé, felvé amarum.
Tu genuina Patris, Nati quoq3 flãma sempiternì
Nos ure casti & fervidi igne amoris,
Qui Pentecostes festo, supra Apostolos fuisti
Visus bipartitâ, igneâq3, linguis.
Corrige, & inflamma nostrum, refovens calore, fri-
Tuæ unctionis munus ut feramus. (gus,
O animæ tu hospes, tibi fac penetralibus sub istis
Domum; tuus, fac, sim domesticus q3,

Hospitiumq; tuæ perpes deitatis ipse fiam
Membris in huius corporis caduci,
Tu neq; discedas unquã à me, in agone vel supremo:
Per Christi Iesu *gratiam datam.* Amen.

APPENDIX
MONODIAE BOHEMICOLATINAE IN SYMBOLVM APOSTOLICVM.

I.

Wěřim w Boha Nebeského Otce.

IN Deum *credo patrem supernum,*
Conditorem, custodemq; rerum:
Christon *& eius*
Vnicam prolem, nostrumq; Regem.
Spiritu conceptus is sacrato
Dia Virginu matris propago,
Subq; Pilato
Figitur cruci Mundo piando.
Tertio die vivus resurgit:
Ad Patrem triumphator revertit:
Hinc rediturus
Mortuis, vivisq; Censor altus.

Credo

Credo Numen in flatûs sacrati,
Quo reviviscunt movente functi:
Credo fidelem
Orbe toto Christianitatem:
Credo criminum remissionem:
Corporum resuscitationem:
Perpetis ævi
Sempiternam credo mansionem.
Nunc Amen dicamus universi,
Corde qui speramus id fideli
Confore certò:
Christe Iesu servulis adesto.

II.

Wěřmež w Boha gednoho.

VNum Deum professi
Totius universi,
In Fide vocemus:
Rerum quidem parentem,
Sed Filium potentem:
Par utriq; Flamen. R.
E quo Patris propago
Concepta ventre casto,
Aulâvé virginali,
Mortalium saluti
Prodit has in auras.

Illis suos labores
Impendit & dolores,
Cæsus in gabalo
Regnum Stygis subegit,
Et Satanam refregit:
Post triduum revixit. R.
Victor Polos petivit;
Dexter Patri resedit:
Noster est advocatus
Pro gloriâ perenni
In regiâ polari.
Redibit inde vivis
Functisq; iudicandis
Fruge præmiorum.
Erremus haud in hac re:
Credamus id sed absque
Hæsitatione: R.
Quod edocemur unum
Scriptis Apostolorum,
Divinitùs profectis,
Nati, Parentis, Aurâ
Constitutione.
Ecclesiam sed unam,
Communione sanctam
Nos credimus profectò:
Culpæ remissionem:

Resuscitationem
Carnis è sepulchro: R.
Vt Angelis per ævum
Iuncti, Deo fruamur:
Eius tuendo vultum,
Cœlestis assequamur
Gaudij brabæum.

III.

Wěřjm w Boha Otce Nebeſkého.

IN Deum *credo patrem supremum,*
Quo nullus est potentior:
Centrum soli, poli globum
Fecit ipse conditor
Mirus Orbis fabricâ.
In Iēſum Chriſtum *patris almi*
Prolem piam, noſtrum ducem,
Flatûsq; conceptu sacri,
Matre natum virgine,
Et crucis fixum trabe.
Mortuus, die ternâ revixit,
Dexteráq; consedit Patri.
Huc Censor hinc rediverit.
Mortuo, vivo gregi,
AEquitate præmij
Credo sanctè flamen in sacratum,

Quod mortuis vitam novat,
Et dogma tradens cœlicum,
Mœsta corda recreat
Hospes, ægra sublevat.
Credo cœtum Christianitatis
Evangeli lectum sono
Ad unius fidem basis,
Quâ venit remissio
Criminum, Christi lytro.
Mortui bustis omnes resurgent:
Vitam fideles auferent,
At perfidi necem stygis
Cum catervâ dæmonis:
Christe *nos bees polis.*

IIII.

Wijru obecnau Křestianskau.

NVnc Christianorum fidem
Linguâ professi cordevé,
Credamus in Deum, Patrem
Cum Filio, cum Flamine,
Est una quis essentia
Ab invicem nec dissita.
Credo, *quod æternus pater*
Sit universorum faber
(Cœlestium; terrestrium.

Tam mentium, quàm corporum)
Perfectus, immutabilis,
Consultor inscrutabilis.
Idem genus nostrum suâ
Benignitate maximâ
Adæ retraxit lapsui
Lytro cruoris Filij,
Quo sustulit culpæ luem,
Orciq; pœnarum struem.
Credo, quòd is sit Messias,
Proles Dei, noster gigas:
Conceptus almo flamine
Est in Maria Virgine,
Par mater huîc nunquam fuit,
In seculumq; non erit.
Imanuel Mundo satus,
Ac, sub Pilato Præside,
Passus, cadit pro sontibus
Insons: obit, fixus cruce:
Tumbâ sepultus saxeâ,
Die revixit tertiâ.
Vitæ redux, Iustus quoq;
Vitam, salute reddidit,
Iustos & ex reis fore,
Ei fidelibus, dedit:
Sequester ad dextram Patris,

Ne mancipes essent stygis.
Redibit hinc cum gloriâ,
Et cœlitum potentiâ,
Mundi novissimâ die,
Ad iudicandum debitè
Vivos, ad hæc demortuos,
Cêu vox Dei *docet pios.*
Credo *fideli pectore*
In Vtriusq; Spiritum,
Qui Patris est, Nati quoq;
Ab hisq; procedit, dato
In corda testimonio
Ex Veritate Christidos.
Ecclesiam Christi *sacram,*
Totum per orbem dissitam
Sacrata tradit pagina,
Quòd ipsius sit nymphia,
Is quam redemit sanguine
Sibi dicatam propriè.
Sanctis in hac communio,
Et criminum remissio
Est, ex Iësu *gratiâ;*
Et mortis efficaciâ:
Hanc præter unicam salus
Non extat, Orci sed palus.

Credo revicturos quoq;
Promissionis ex fide,
Quos busta conditos tenent
Bonos, malos ac egerent;
Hos ad Gehennæ tormina,
Illos at æthræ gaudia
Da perpetis vitæ decus
Nobis tibi credentibus,
Pater Deus *cum Filio,*
Flatuq; sacro cum tuo,
Ne flamma perpes nos cremet,
AEterna sed quies beet.

AMPLISS: IGLAVIENSIVM REIPVBLICAE, &c. à communis nostri EMANVELIS DEO Patre gratiam Spiritus sancti precatus,

S D.

CLara, potensq; viris præstantibus, atq; peritis
Rerum, Sophiæ tum Vtriusq;, IGLAVIA,
Exornata quibus renites magis ampla, decensq;
Domi, & foris, quàm mœnibus, vel ædibus:
Structa Bohemorũ super, ut quoq; Marcomanorũ,
Quæ Morava amnis dividit, confinia.
Relligione micas purâ, cultuq; Iehovæ,
In secla sempiterna, Trino & Vnico:
Patri nimirum plastæ, Natoq; Parentis,
Nostroq; Redemtori, Sacranti Auræ insuper.
Vnum Iam venerata piè, pietatis es huius
Disseminatrix, non modò in viciniam:
Sed quoq; regna tuæ gentis regno addita quondã,
Nunc Marchionatui Moraviæ inclito,
Vrbes cui reliquas inter, tu es dexter ocellus;
Promarchionis vicina, Hynek VValdstaynij,
Fratris & Henrici ipsius: quos Brtnicia ambos
Ornat titulo & domûs vetusto stemmate.
His propiore præis exemplo, Templa, Forumq;
Scholamq; curandi à pijs rectoribus,

Sub

Sub quibus eniteat pietas, custodia Legum,
Ac disciplinæ & artium professio:
Haud sine notitia Christi, *studioq; trilingui*
Academiâ pro terreâ, pro cœlicâ.
Hæc sua dona diu servet tibi & ampliet Ias,
Rerum parens, custos, & omnis fons boni,
Quo bene fulcitur superæ pons obvius Aulæ,
Hinc exulibus pijs migrandi in Patriam.
Hanc ego suspirans, curis oneratus & annis,
Precem Dominicam *texui pro me, et meis,*
Contextamq; decem, variavi utcumq;, Metrorum
Odis, sacrisq; Bibliorum gnomulis,
Quæ superant omnes gnomas ubicumq; relictas
Ab impijs scholæ profanæ auctoribus,
Qui vix attigerint divinæ particulam auræ,
Legisvé, sancto destituti Spiritu,
Quo sine, nil scitur, nil discitur arte vel usu
Vnquam, nec usquam absolvitur perfectè opus.
Quale fit, & nunc est, fuerat, fueritq; Davidis
Psaltæ, Poëtis cum sacratis omnibus,
Quos toga vestivit, quos pallia longa decoros
Sudare fecerunt sacro in Psalterio.
Horum ego discipulus, sectator & æmulus, instat
Apis pusillæ carpo florum copiam,
Mitibus ac etiam metris, streperoq; susurro,
Vt anser olores inter, obstrepo chely,

Concedoq;

Concedoq3 lubens, hac tempestate Poëtis
Palmam invideo nec lauream, nec gloriam;
Sed neq3 Iudicium, neq3 amorem Cæsaris alti,
Aut splendida eius, Principumvé munera.
His recinant, Maior Ioachimicus ille Ioannes
Clarissimus Heroum tubâ & versu impare:
AEmulus & Flacci, & Lyricen celeberrimus Odis,
Parodijs, Melissus, & schediasmatis:
Par etiam antiquis, Frisslinus, sive Comœdis,
Sêu vatibus promtè ad sonandum carmina,
Ac ad scribendum natus culto ore, stilové,
Genij ingenio cessurus, arte aut nemini,
Hi vel, (ne dicam Medicos, Vatesq3 sacratos,
Cum Posthio Ioanne cũ Rucardo itẽ,
Cumq3 alijs passim per singula plectra, poëtis)
Canant Monarchæ nostri & Aulæ & Principũ:
Me iuvet è sacro sumptum melos argumento
Nostris, morituri more cygni, pangere:
Me iuvet, infantem tanquam, lac sugere Verbi,
Orareq3 matris pro salute Ecclesiæ,
Proq3 Reipublicæ bono, & Oeconomorum,
Et pro reliquis vitæ huic, & alteri lucris.
Singula quæ paucis Dominica precatio ver-
Sub maximo at sensu latentia, obtinet. (bis,
Hæc metra quod, denas variè variata per odas,
Quemvis docebunt planiùs seu pleniùs.

Illa

Illa animo patiente feras, urbs IGLA *dicari*
A me tibi, cum tuo Senatu, & civibus,
Magna quibus tecum debetur gratia curæ
Habitæ popularibus meis tua in scholâ.
Hi commune bonum patriæ communis adauctum,
Ornando, operas, opemq; ad illud conferant.
Inter eos utinam numeretur homonymus olim
Mihi filius, quem vestra alumnũ habet schola,
Sub Rectore pio, linguarum deniq; gnaro
Ioachimo Goltzio, Hynconio insuper
Ioanne (hunc genuit Patzovia nobilis ortu
Fratrum trium Zizonum, qui unâ rexerant,
Tam Pragense forũ, quàm Spirituale Lycæi.
Sub Vladislao *Rege prisci temporis)*
Inspectore itidem studiorum pubis, & Vrbis
Vestræ Notarioq; & Internuncio.
Hos vobis ambos, vos illis, donet Iesus
Superesse longum pro bono Vrbis & Scholæ,
Quod stabile & longos durabile crescat annos,
Qui cuncta solus prosperat, det Iehova,
Cui vos & vestros commendo. meq; meosq;
Patrocinio vestro clientes destino.
Vive valeq; potens natalibus IGLA *coruscis*
Et fœta viris præstantibus, vive & Vale.

Thom: Mitis Lym: dab: Pragâ
Veteri, sub tempus Messis,
An: sal: 1587.

THOMAE MITIS LYM:
Catecheſis Biblicæ,

ODARVM, THESIVM, HYPOTHEſium, Monodiæq; Bohemicolatinæ in Dominicam Orationem,

LIB: V.

Hęc eſt Dominicę Orationis formula,
Et formulæ ſuccinctior præfatio:

THESIS.

NOſter parens cœleſtis, & Rex maxime,
Et Soſpitator omnium auguſtiſſime,
Qui nos amanter, & paternè provocas
Ad poſtulandum ſeriò, & verâ Fide:
Ad impetrandum Gratiæ donum, malæ
Ad deprecandum mentis atq; corporis,
Viúq; invocari ſemper à nobis piâ
Cordis pĭ fiduciâ, ob Soteria,
Quîs ſexu utroq; liberi ſumus tui,
Chriſtiq; fratres, ac cohæredes ducis.

HYPOTHESES.

LOqui quoniam cœpi ſemel, loquar porrò,
Cêu pulvis & cinis, Deo. Gen. 18.

Ore

Oro, Dominator, *ne mihi succenseas,* Ib.
Adhuc semel si proloquar.
Deus Domine, *& summæ pater clementiæ.*
Tu longanimis, verax item Exo. 34.
Servas tuam benignitatem in millia:
Remittis ausa flentibus.
Rex *Israhel,* Deusq; , *par non est Tibi:*
Cœli, maris, terræ potens. 1. Reg. 8.
Me audi, Deus, *me audi, sciat plebs hæc uti*
Quòd Tu Dominus Deus *sies.* 18.
Es Iova *Tu meus: recludantur Tui* 2. Par. 6.
Preci huîc oculi, atq; aures Tuæ.
Tui miserere, Ias *benigne, supplicis:* Psal. 4.
Orationi eius annue.
Ego multiplici benignitate pro Dei, 15.
AEdem frequentabo ipsius.
Hîc constitutus in timore nominis
Eius, meas fundam preces.
Hæc verba precum Tuis recondens auribus,
Adverte clamorem meum, Ib.
Mi Iova, *mi Rex; mane poscam Te, meos*
Tu mane sonos exaudies.
Aurem Tuam mihi applicans, vocem meam 17.
Hauri benigno pectore,
Qui mirificus valdè, stupendusq; in Tuis,
Tibi fidelium es salus.

Laudans

Laudans Dominum *invocabo, quò meis*
Server per illum, ab hostibus. 18.
Cruce in meâ semper vocavi Iehovam: Ib.
De monte Sionis me audijt.
Meus iste clamor eius aures perculit,
Illi quoq; acceptus fuit.
Deus *meum robur, mea est munitio:* Ib.
Mihi liberator, & petra,
Idem, salutis est meæ cornu unicum:
Patrocinij custodiâ.
Ad te meam mentem levavi, Iehova: 25.
Server tui fiduciâ.
Clamore meo Te suscitabo; non sile 28. & 31.
A me, pari demortuis.
Dum spiro, dum spirabo, spero in te, Deus,
Figo meam spem, & fixero. 71.
Desiderium Tibi meum omne cum gravi
Mœrore, non incognitum est. 38.
In Te, Deus, *spe nitor & fide: audies,* Ib.
Fautor bonus, meas preces.
Orationem audi meam, & querelam habe 39.
Tibi ratam: à me nec sile.
Tam mane, quàm meridie cum vespera, 55.
Te concinam, Deus *pater.*
Totâ benedicam Te Deum *vitâ: in Tuo* 63.
Palmas levabo nomine.

Audi,

Audi, Deus, *nos, spes salusq; finibus* Ib.
Terrâ, mariq; dissitis.
Tui miserere supplicis: totâ die 86.
Rex, hanc animam tuendo, ama,
Quam sublevavi ad Te, suâvemq; & bonum,
Ac propitium invocantibus.
Precationem audi meam. vultum neq; 102.
Tuum *abde rugitu à meo.*
Meæ tribulationis in die, tuam,
Ias, *mihi aurem commoda.*
Oratio Tuis mea in conspectibus: 141.
Sic dirigatur, quomodo
Incensum in ipso mane, necnon vespere,
Manuum vel elevatio.
Ad Te, Deus, *clamando, dixi: spes mea es* 142.
Et portio, viventûm in solo.
Attende meam ad precem: nimis nam vilui,
Vivoq; despectissimus: Ib.
Effundo conspectu in Tuo meas preces,
Meamq; crucem pronuntio.
Es, Tu Deus, *noster Parens, Rex insuper*
Auctorq;: nos lutum sumus. Esa. 64.
Tu Rex, Pater, Redemtor es noster: Tuum Ib.
Id nomen est à sæculo.
In iustificationibus nostris preces Dan. 9.
Has ante te profundimus:

At in

At in miserationibus multis Tuis,
Per, atq; propter Messiam.
Fili Davidis ô Iësu prapotens, Matt. 15.
Me commiseratus, adiuva.

Primæ petitionis incipit Thesis,
Hacq; explicatur latius sententiâ.

THESIS.

SAcretur inter nos tuum nomen, Deus,
Ipsum licet per se sacerrimum cluat.
Purè doceatur sermo passim, da, Tuus:
Concede, frugi cêu decet prolem Tuam,
Vivamus hîc sanctè, piè, tum sobriè,
Largire liberis illud parens pie,
Nobisq; confer gratiam petentibus,
Hanc à facili Te ut impetremus commodè.
Quisquis secus vivit, docetvé, quàm iubes
Traditq; vox oris tui sacerrima,
Profanat & cauponat in terris Tua
Amussis, æquilibrijvé lingulam:
Quod ne sit, accidatvé in ullo tempore,
Locoq;, prapotens pater rerum, veta.

HYPOTHESES.

IN monte Tuo planta Tibi nos, Iehova,
Quos dextra finxerat Tua, Exo. 15.

Hareditas

Hæreditas sacrarij ut simus Tui,
Et glorioſi nominis
Deus Dominator ipſe *deſtinet virum,*
Qui multitudinem hanc regat: Num. 27.
Ne ſit populus Dei, *bidentes cêu vaga,*
Paſtore ſine, & fido cane.
Magno facies quid nomini Tuo, Deus, Ios. 7.
Si noſtrum abolebitur genus?
Gentem Iſrahel, Ias, *Tibi firmaveras*
Gentem in beandam perpetim: 2. Sam. 7.
Cuî tu Dominator, in Deum *patrem fores*
Virtuteq; ſummâ cognitum.
Mea Tuum ante conſpectum preces eant:
In univerſum has perfice. Pſal. 7.
Noſter Dominator, ac Here, *admirabili* 8.
Paßim Tuo quàm nomine,
Cœlos ſuper omnes elevata eſt gloria,
Excelſitasq; ingens Tua?
Gentis Synagoga Te, Deus, *circumdabit,* 18.
Quam propter in altum tollere.
In ſemitis meos Tuis greſſus rege, 17.
Veſtigia ne labent mea.
Verbo labiorum ego Tuorum geſtio Ib.
Vias latronum noſcere.
Vias mihi monſtra Tuas, & orbitas 25.
Me Veri & AEqui, perdoce.

In orbitâ

In orbitâ deduc beatâ me Tibi 27.
Meos ob adversarios.
Vnum petij, id semper requiram, ut incolam
Domûs Dei, *vitâ omni, agam;* Ib.
Nec non Domini *spectans voluptatem, ipsius*
Domum frequentem iugiter.
Mens hæc sitivit ad Iehovam, *fontem aquæ*
Vitalis, inexhaustum insuper, 42.
Quando veniam, appareboq3 in conspectibus
Divinitatis illius?
Altare Dei *accedamq3, & ad* Deum *meæ* 43.
Pubis recreamen unicum.
Sitivit en Te mens mea horrido in solo, 63.
Deserto, inaquoso, tum horrido:
Sancto in loco Tibi, Deus, *comparui,* 64.
Lustrans tuæ auram gratiæ.
Beatus est, lectum Tibi, assertum Tibi, 74.
Quem sistis atrio in Tuo,
Cunctis domûs bonis tuæ replebitur,
Repletus inebriabitur.
Quanta hostis efferus Tibi damna intulit,
AEdiq3 Tuæ, & sedi Tuæ? Ib.
Propheta nobis nullus, aut Doctor iam adest
At Tu quousq3, Iehova? 86.
Dilecta quam sunt omnibus pijs Tua, 84.
Rex Zebbaoth, tentoria,

In atria quorum gestit atq; deficit
Mens, cor, caro hæc, ô Iehova.
Deduc, Dominator, in tuas me semitas, Ib.
Vt Veritate stem tuâ:
Cor unias meum, celebret ut Tuum
Nomen, celebransq; excolat.
Rex noster, & Ias, *sospita & nos aggrega* 106.
Dispersione ex gentium.
Vidi ipse consummationis totius 119.
Finem, Tua quem Lex non habet.
Verbum pedibus Tuum meis lucerna sit, 119.
Meisq; lumen semitis.
Hæres Tuorum testimoniorum, eis, Ib.
Fac, ut subindè recreer.
Perpes Tuorum hæres statutorum fui: Ib.
Cordis mei sunt gaudium:
Clamavi ego ad Te, sospes ut custodiam Ib.
Testata iugiter Tua.
Salva & iuva me, Iova, *verser ut Tuis* Ib.
In iustificationibus.
Statuta prætuli auro & obryzo Tua, Ib.
Gemmis, Topazio insuper,
Ad illa cunctos dirigens actus meos,
Odi malignorum orbitam.
Est eloquium valdè oris ignitum Tui: Ib.
Minister amavi illud tamen.

Lætabor ipse in constitutionibus Ib.
Tuis, ferens adoream.
Tuam salutem concupiscam seriò: Ib.
Meditatio mî Lex tua est:
Vivet mea mens, ac concinet Te, quòd Tua
Me Iudicia amplexum sciat.
Viam mihi notam fac, in qua pergerem: 143.
Namq; ad Te animam levo meam.
Tribus Iacob Ipse *congrega: solum ut sciant*
Deum *esse Te actis arduum.* Syr. 36.
Ias *Prophetarum preces imple, Tuo* Ib.
Qui sunt locuti nomine.
Merces fidelis fiet illis reddita, Ib.
Qui sustinent Te, ac excolunt:
Miserere Civitatis, sanctuarij,
Quietis, & sedis Tuæ.
In Gentium nobis velut conspectibus Ib.
Es sanctificatus, Iehova:
Sic magnificaberis quoq;, id spectantibus
Illis, Tuorum in agmine.
In iustitia parens & arbiter suâ Esa. 5.
Plenissimè sacrabitur.
Exercituum Regem supernorum, Pij 8.
Vos sanctificate perpetim.
Sacrabor *in vobis: id admirantibus* Ezech. 20.
Toto orbe nationibus:

Ego

Ego *sanctificabor in Pijs: stupentibus* 38.
Id Gentium prosapijs.
Ostende desertum supra sacrarium Dan. 9.
Faciem serenatam, Deus.
Non posco, Pater, tollas ut ex Mundo Meos:
Serves at in ipso dißitos. Ioan 17.
Meos, parens mi, servulos serva, & Tuâ Ib.
In veritate consecra.
In cordibus vestris benignum principem, 1. Pet. 3.
Christum *sacrate iugiter.*

THESIS.

Petitio secunda sese sic habet:
Regnum adveniat terris tuum,

Ac perveniat potenter ad nos cœlitùs:
Et universos istius terræ incolas.
Dato Tuis Spiramen almum, quod suam
Elargiatur præpotentem gratiam:
Verbo Tuo credamus ut fideliter
Vnàq3 vivamus piè, tum sobriè:
In temporali nunc, in æterna dein
Vita, & per ævum gloriâ durabili.

HYPOTHESES.

R*Ex omnium supreme, Meßiam, Tuæ*
Genti salutarem, exhibe. Gen. 49.

Monstra faciem Tuam mihi, quò te sciam
Favore notum gratiæ. Exo. *33.*
Deus, *benedic Ecclesiæ tam robori,* Ib.
Quàm cuîq; operi manûs Tuæ.
Signa super nos lucidi lumen Tui Psal. *4.*
Vultûs, Here *noster optime.*
Salva populum, ô Heros, Tuum, Tuæ insuper
Hæreditati dic benè: *28.*
Eam rege, ac extolle in omne sæculum
Iunctam beatorum choris.
Esto mihi in Deum, *& patronum, & vindicem,*
Domûsq; asylon & petram. *31.*
Me sospita, Tuoq; duc me in nomine,
Qui fortitudo, arxq; es mea.
Tuâ facie servum Iova *illustrans Tuum,* Ib.
Serva bonitatem per Tuam.
Mens gestiet mea in Deo: *oblectabitur* *35.*
Partâ salute cœlitùs.
Quævis mea dicent ossa: summe Rex, Deus,
Similis Tibi, est quis, aut erit?
Fons vitæ apud Te est: in Tuo nos lumine *36.*
Lumen vigiles videbimus.
Tua est benignitas polis excelsior, Ib. & *105.*
Est veritas ipsissima.
Emitte lucem veritate cum Tuâ: *43.*
Ad Te ipsa me deduxerint,

Crea

Crea, Deus, *in me cor carens lue: innova* 51.
In viscere Spiritum hoc Tuum.
Non me abijcias à Te, Tuisq; vultibus, Ib.
Auramvé sacratam à me auferas.
Labella aperi, Deus, *mea: hoc os, linguaq; hæc*
Vt iustitiam sonent Tuam. 51.
Tu spes basis, & petra es mei muniminis, 61.
Arx firmaq; hostes in meos:
Per sæcla domum Tui incolam tentorij,
Et atrij limen Tui.
Lætabor alarum in Tuarum tegmine: 63.
Meus Tibi adhæsit Spiritus.
Nostri misertus, nos sui Ias *luminis* 67.
Vultu sereno illumina.
Nostræ salutis spes, Spei nostræ anchora, 85.
Converte beaq; nos, Deus.
In Te tua plebs uno piè lætabitur,
Tibiq; grates concinet.
Nobis tuam, ô Here, exhibe clementiam:
Confer salutem servulis.
Gentem beatam, quæ scit Almo *iubila* 89.
Et cordis & oris promere.
Vultus Tui in claro ambulabunt lumine:
In nomine gestient Tuo:
In iustitia verò Tuâ psallent: quia
Virtutis eorum Es *gloria.*

Mihi Dominator atq; asylon, est Deus: 94.
Fulcimen est meæ spei.
Intelligentiam mihi dona, Tuam 119.
Scrutatus ut Legem sequar.
Largire mihi intellectum: eo sciam Tua Ib.
Fidelia testimonia.
Confer tuo Tuam ministro gratiam: Ib.
Statuta me Tua edoce.
Tuâ facie illustra Tuum me servulum:
In Lege me erudi tuâ.
Benignitas & disciplina (credo enim Ib.
Tuis statutis) me instruant.
Tuâ perenni sanctione sum meis Ib.
Ipse hostibus prudentior.
A constitutione percepi Tuâ, Ib.
Odivi & iniqui semitam.
Meæ ô utinam viæ regantur à Tuis Ib.
Hîc iustificationibus.
Confundar haud tunc, ipse cùm respexero Ib.
Mandata quævis ad Tua.
In corde facta condidi meo Tua: Ib.
Peccare plus ne ausim Tibi.
Fac nosse sita me Tuæ legis sacra, Ib.
Vt gesta prædicem tua.
Revela oculos meos: videns, sciens Tui Ib.
Mirabilia ut Verbi loquar:

Iugis

Iugis meditatio scita sint mihi Tua:
A consilijs Lex sit tua.
Firma in Tuis me constitutionibus, Ib.
Vias ut iniquas deseram:
Iter statutorum Tuorum ego insliti,
Cor ampliâsses dum mihi.
Illuminat verbi explicatio Tui: Ib.
Rudem erudit, informem polit.
Me vivificabit vilitate sub meâ, Ib.
Vocis tuæ efficacitas.
Damî Sapientiam, Tuæ satellitem Sap. 9.
Sedis, pueros inter Tuos.
Demitte Sophiam cœlitùs, quæ adsit mihi,
Et grata Tibi ex me proferat. Ib.
Sensum sciet Tuum quis, hoc ei Tua Ib.
Sapientia, & Aura det nisi?
Sermo Tuus cunctos Tibi fidentium, Ib.
Credentium & in Te, *sospitat.*
In discipulis Legem Tuam obsigna meis,
Magister, & dux omnium. Esa. 8.
Gens fortis evehet Deum *Te laudibus:* 25.
Robur, metuet Te, gentium.
In Vrbeq3, Orbeq3 imperando triplici:
Tu *fortitudo pauperi,*
Es septum egeno, præferoci à turbine:
Vmbraculum ab æstu fervido.

Operatus in nobis Es, Ias, *omne opus,* 26.
Gratum quod est Tibi & ratum:
Fac nos, Here, *salvos: hinc Tibi superstites*
In æde tuâ cantabimus. 38.
Iehova, *rerum præpotens, nostram Tua*
Fidem respectant lumina. Ier. 5.
Verbum mihi Tuum subindè gaudium 15.
Fert lætitiâ cordis mei.
O Rex, mea fortitudo, robur ô meum, 16.
Ac perfugium in cruce, & nece.
Diluculo, meridie, crepusculo, Thren. 3.
In nos Dei *multa est fides.*
In Te, Dominator, *credo, tu Tamen meam*
Incredulitatem subleva. Mar. 9.
Nobis adauge, cœlitum rector, fidem Lucæ 17.
Spiramine accensam Tuo.
Ad quem, ô Here, eamus? verba vitæ perpetis,
Communicata habes Tuis. Ioan. 6.

Petitio tertia est: voluntas sit Tua In orbe sic, ut in polorum sedibus:

THESIS.

EA absq; petione nostra quamlibet
Fiat, peti debet tamen divinitùs,
Nos inter ut sit omni tempore, & loco,
Donec refringat Satanæ impetum Deus,

Ac

Ac impediat conamen omne consili
Malignitatis, totiusq; iniuriæ.
Hæc non sinunt, sacretur ut nomen Dei
Nos inter, ac ubiq;, sacratissimum:
Ad nos veniat vel ipsius regnum potens,
Hic sicuti mundus, caro, Sathan velint:
Cedat sed istorum voluntas reproba
Per cuncta Dei *voluntati probissimæ:*
Fortes ut & firmi in Dei *Verbo & Fide*
Fugacis ad vitæ vel huius exitum,
Credamus in Christum, *ac per eius gratiam,*
Post exilium hoc, poli assequamur patriam.

HYPOTHESES.

FOrtuna iter meum, Abrahæ Rex ac Deus,
Isaco ut eius filio Gen. 24.
Sponsam, nurum illi, de remotis finibus
Nutu tuo deduxerim.
Revertere tandem, ad hancce multitudinem
Exercitûs Tui Israhel. Num. 10.
Deus *Dominator, ne Tuæ gentis, Tuam*
Hæreditatem perdito, Deut. 9.
Quam tu redemisti unus omnem, nominis
Per magnitudinem Tui.
Prodesse quòd mihi Deus *scit, id bono* Ib.
Fortunet autor exitu.

Rerum Parens est; arbitratu pro suo 1. Sam. 3.
Agat, placebit quod sibi.
Apud Deum, *si gratiam hanc invenero,*
Reddar meis, ait David: 2. Sam. 10.
Sin dixerit, reiectus es, Mî displices,
Obœdienter id feram.
Tuo fac arbitratu, Rector omnium, 15.
Quodcunq; Tibi videbitur.
Sum parvulus nec aptus annis, regia 1. Reg 2.
Ad sustinendum munia,
Cor des mihi rectum, & sciens discernere
Fines boni, necnon mali.
Cum nesciamus, facto opus quid sit modò,
Nobis superest id unicum, 2 Paral 20.
Vt nostra levemus lumina ad Te, Ias *piè,*
Opemq; poscamus Tuam.
Alvo meæ nudus parentu exij: Iob. 1.
Nudus revertar in sola.
Cœli & soli regnator, ostende omnibus,
Fisos tibi quòd asseras: Iudith 6.
Sed arrogantes opprimas, vanè suis
Qui gloriantur viribus.
Hostes Tuos dijudica: occidant suis Psal. 5.
In cogitationibus:
Expelle eos, quòd moverint bilem Tibi
Iniquitate qualibet.

Fac ô Here, *Legislator extet: ut sciant* 9.
Gentes caducum se genus.
Hostes mei imbelles peribunt à Tuis Ib.
Miserè necati vultibus.
Serva Domine *& nos vindica per sæculum;*
A gente superbâ & subdolâ. 12.
Tuere nos ita hostibus dextræ à tuæ,
Tuetur ocellum ut puppula:
Vmbrâ sub alarum Tuarum nos tege:
Ab æmulis nos erue.
Tu sublevas omnes modestos: deprimis 18.
Fastus superbientium.
Sistet sinistros dextera hostes sic Tua, 21.
Figat suo ut illos missili.
Sint muta labra, quæ loquuntur subdolè:
Parata iustum perdere. 31.
Extunde inopem valentioris è manu: 35.
Egenum & à raptoribus.
Obmutui, nec os meum recluſi ego 39.
In velle Dei *potentiæ.*
Me Cognitor, *me liberator erue* 43.
Viro à maligno & subdolo.
Hostes humi stratos, levem sicut pilam 44.
Per Te, Tuoq; in nomine,
Iactabimus, cornuq; ventilabimus
Fractos, & oppressos satis.

Viris ab iniquis atq; sanguinarijs 59.
Me, Sospitator, eripe.
Confirma opus in nobis Tuum omne, Iehova,
AEdem ob Tuam, est quæ in IerSalem. 68.
Duxtî voluntate in Tuâ me servulum, 73.
Et munijsti gloriâ.
Effunde Tuam, in Gentes, Iova, *iracundiam,* 79.
Quæ Te, sibi ignotum, haud colunt.
Ignominiâ vultus eorundem reple, 83.
Nomen requirant ut Tuum.
Hostes fremuerunt en Tui: osores Tui Ib.
Caput extulêre turgidum:
Super tuam plebem, Tuosq; absconditos
Vim consilij trucem ingerunt.
Rex & Deus *nostræ salutis, iam redi* 85.
Ad vivificandum nos Tibi:
Lætabitur in Te plebs tua: exhibe Tuam,
Ias, *salutem servulis.*
Beata gens est, quæ Deo *édens iubila,* 89.
In lumine eius ambulat,
In nomine necnon glorioso maximè
Et iustitiâ insigni exilit.
Rex Zebbaorh, Deus*q;, vultu nos Tuo*
Lustra Tibi, & salvabimur: 40.
Herus *meum est asylon, &* Deus *meæ*
Salutis, & spei anchora.

Deus

Deus mea ſpes exſurge, & amove Tuæ 102.
Sion ruinas tempori.
Intelligentiam mihi dona, ut Tuam 119.
Ex Lege perſcruter viam:
Fac Tu benignè ſervulo mihi tuis
Ex iuſtificationibus.
Confer mihi intellectum, ut ediſcam Tua Ib.
Vtcunq; teſtimonia.
Luſtra tuo vultu Tuum me, ac occule Ib.
In ſanctionibus Tuis.
Mandata percepi Tua, exoſus viam
Iniquitatis peſſimam.
In iuſtificationibus pedes Tuis 119.
Vtinam hi ferantur protinùs:
Tunc non pudeſiam, ubi reſpexero ad Tuæ
Statuta Legis omnia.
In corde meo verba abdidi Tua, ut ne ampliùs
Peccem meo Tibi arbitro. Ib.
Fac noſſe Tuorum me ſtatutorum viam: Ib.
Miracula ut Tua eloquar.
Revela oculos Tuâ meos lege; ipſius Ib.
Arcana ſervem ut ſedulò.
Ne veritatis nuntium auferas Tuæ Ib.
Ex ore meo, tum pectore.
Me perſequuntur multi: at abducor nihil Ib.
A teſtimonijs Tuis.

Sum particeps timentium Te hîc omnium, Ib.
Et iussa Tua audientium.
Confundar ut nil, integrum hoc sit in Tuis
Cor iustificationibus.
Tua quæq; iussa veritas sunt: protege Ib.
Tu liberum me ab hostibus.
Narrant iniqui fabulas mihi suas; Ib.
A Lege non vertar Tuâ.
Tua Lex meditatio nisi foret mea, Ib.
Dudum periauissem malè.
Semper reflexi de viâ pedem malâ, 119.
Verbi ut tui custos forem.
Confige metu carnes Tuo meas: Tua Ib.
Ad iudicia horresco nimis.
Labijs ab iniquis & dolosis me erutum, 120.
Serva Tibi, Rex, servulum.
A Te meo edoctus Deo *, fac, exequar* 143.
Piè voluntatem Tuam:
Ducat Tuus in rectâ viâ me Spiritus,
Ias *miserator maxime.*
Extraneos super Tuam leva manum, Syr. 36.
Vt sentiant robur Tuum.
Hostis superbientis id caput tere, Ib.
Quod Te in Tuis nil æstimat.
Manus Tua exaltetur: ignis cœlicus Esa. 26.
Tuos, fac, hostes devoret.

Confusionis

Confusionis obruentur hi probro, 41.
Qui sunt Deo *contrarij.*
Nunc brachium Dei, *acre robur indue:* 36.
Consurge, ut olim, nunc ita.
In opprobrium hostibus Tuis ne trade nos, Ier. 14.
Ob nominis Tui decus.
Tu scis, Here, *quòd nil, aut parum expetiverim*
In Orbe vitam degere. 17.
Tu consilium scis omne: Tu molimina 18.
In me æmulorum nota habes.
Vide Dominator, *quæ sit hæc afflictio,*
Quâ me premit vis hostium? Thren. 1.
Quid cogitent, quid moliantur æmuli 3.
Mei, Arbiter *scis, & tenes.*
Sis propitius Tuis, Iacobq́ parvulum Amos 7.
In maximum da crescere.
Hæreditatem ne Tuam dis, ô Here, Ioel. 2.
In opprobrium hostibus Tuis.
Nobiscum, Here, *vespera ingruit iam, permane,*
Nec dogma Tuum extingui sine. Lucæ 24.
Minas & iras hostium frange, ô Deus,
Verbiq́ ministros assere. Act. 4.

THESIS.

Quarta hęc petitio ōnibusq́; & sīgulis
Panem dari cotidianum flagitat,
Quo victu, amictûs cum necessitatibus

Intelligatur

Intelligatur indies communibus:
Quales erunt Ecclesia & Respublica,
Domûsq; procuratio cuiuslibet:
Cum præsidibus dignis earum, publicè,
Privatim & inter coniuges domesticos:
Famulabus, & servis, aratore & bove,
Armento ad hæc magno, ac minore cum grege.
Quæ singula donentur licet divinitùs
Concessa largiter probis ac improbis:
Precamur attamen nobis ut hæc quoq;
Ex munificentiâ reponantur Dei.
Pro quâ piè ei grates agamus debitas,
Nostros & illâ sublevemus proximos.

HYPOTHESES.

ME pascis à die iuventutis meæ, Gen.44
Præsentem ad horulam, Deus.
At quis sum ego, quem Tu dignitatem ad regiam,
Deus Dominator, *evehas?* 2.Sam.7.
Ec quis nam ego sum? quæ domus Patris mei est,
Cuî tanta præstes, summe Rex? 1.Paral.18.
Hæc cuncta sunt, tuâ è manu, quæ sumimus,
Et sumta reddimus Tibi. 29.
Hæc copia omnis è manu sumta est Tuâ,
Sumuntur unde singula: 2.Paral.30.
Fac arbitratu pro Tuo, rerum Parens,
Quodcunq; facto opus videt.

Cùm

Cùm nos latebit, incipi, aut quid perfici
Ab imbecillis debeat, 2.Paral.20.
Ad Te, Iehova, *dirigemus lumina*
Tam mentium, quàm corporum. Aliter.
Cùm prorsùs inscij sumus, quid facto opus
Nobis sit, Ias *Tu innue.*
Pauper Tibi derelictus est: Tuq3 orphano,
Orbæq3 marito tutor es. Psal.9.
Tu spes mihi es de ventre matris édito, 20.
Ab uberibusq3 pendulo.
Es Tu meus Ias: *ne remotiùs Tuo,* Ib.
Here, *à famulo discesseris.*
Parens utrq3 dereliquit me: at Deus 27.
Assumsit adoptatum sibi.
In Te, Iova, *speravi: meus, dixi, es* Deus:
Sortes meæ Tuâ in manu. 31.
Meam numerâsti, Ias, *fugam: has lachrimas*
In utre condisti Tuo. 56.
Cunctis timentibus nomen Tuum, Deus, 61.
Hæreditatem das Tuam.
Tellurem inebriando guttis, Visitas, 65.
Incessu & IMPINguas, Deus.
Annum coronas, providendo frugibus,
Et copiâ nascentium.
Quæ bella volunt gentes, eas Tu dissipa, 68.
Tuosq3 ab illis vindica.

Tu

Tu ſpes meâ, Ias, à iuventute es meâ, 71.
Et ex utero matris meæ.
Pater mihi, patronus, & cuſtos, Deus, 74.
Et fixa ſpei meæ anchora es.
Dies Tuus, nox eſt Tuâ: aurora es faber: Ib.
Es ſolis & lunæ ſator,
Et finium telluris: plaſma ſunt Tuum,
Autumnus, æſtas, ver, hiems.
Exurge Iova, & terræ ſcelus dijudica: 82.
Sis omnium hæres gentium.
Quodcunq; proſperans opus noſtræ manûs, 90.
Dicta actaq; noſtra Tu rege.
Emitte Spiritum creatorem Tuum, 104.
Quo plaſmata vivant ſingula.
Quâ magnificata ſunt Tua acta, Here, & pater,
Tuâ in Sapientiâ, omnium: Ib.
Plena eſt humus poſſeſſionibus Tuis,
Tuaq; donis dextera.
Cuſtos ſit ingreſſûs & exitûs Tui, 121.
Qui cuncta ſolus providet.
Tu paſcis, & potas ubiq; ſingula: 105.
Paſcis crocitantûm filios:
Plaſtes, Tuâ manu reclusâ, imples Tuis
Cuncta è benedictionibus.
Noviſti, Here, ſeſſione cum meâ, ſtatum 139.
Moti loco, & ſomno exciti:

Maſſam

Massam rudem adhuc, Ias, *meam inspexti faber,*
Scriptor, pariterq; cognitor.
Ne des inopem nimis, locupletem aut nimis:
Deus, *mihi vitam degere:* Prou. 30.
Victum sed amictûs, cum necessitatibus
Cotidianis suffice.

Petitio quîta est: mitte nobis crimina,
Nostris velut nos pximis remittimus.

THESIS.

NE despicias, examines, aut respuas
Nostras preces ob noxias graves, Ias,
Dones at illas, pro favore patrio
Tuæ soboli, indignæ licet per omnia.
Peccamus indies: rei ortu & sensibus,
Pœnasq; tuæ lucramur iracundiæ.
Ex corde fido cuncta nostris fratribus
Delicta nos subindè condonabimus,
Et pro malefactis gratiam reponere
Bonâ, ex animo, fide, hostibus studebimus.

IN EANDEM FORMVLAE precum Biblicarum.

TVam quòd, Here, *inveni Abrahamus gratiã*
Hanc amplius indulge mihi, Gen. 19.
Et pro Sodomis te deprecantis servuli
Pijs precibus Tui annue.

Cunctis

Cunctis miserationibus Tuis, ego, 32.
Tuàq́, Fide in me, sum minor.
Tua ira quiescat tandem, Ias: *placabilis*
Esto populi culpis Tui. Exo. 32.
Te, mi Domine, *obsecro, laxes bonus Tuis*
Commissa stultè crimina. Num 12.
Dimitte crimen, obsecro, gentis Tuæ Ib.
Clementiâ Tui unius.
Peccavimus nos: Tu benignus in Tuæ Ios. 10.
Proles, paternè puni eas.
Iuxta pietatis magnitudinem Tuæ, 2. Sam. 24.
Magnamq́, multitudinem,
Iniquitatem transfer hanc à me, ô Here,
Stulto peractam servulo.
Peccavi ego valde: stultus hoc pacto fui:
Aufer scelus à me id servo, Here. 1. Par. 20.
David ego sons sum: ego patravi istud mali, 22.
Quod vindicas peste in meis.
Peccavimus, Ias, *ac iniquè fecimus* 2. Paral. 6.
In Te, & nimis deliquimus.
Verebar omne opus meum, sciens bene, Iob 5.
Sonti quòd haud peperceris.
Tu, qui pius es, nostri misertus, in Tuo Iudith 7
Nostra ausa flagello reprime,
Noliq́, cultores Tuos his tradere,
Qui nec sciunt Te, nec colunt.

Deo

Deo *superbi displicent: is vilium* 9.
Precem probatam suscipit.
Tui *misertus supplicis, precem meam* Psal. 4.
Hauri benignis auribus:
Convertere ad Me sospitandum: hanc eripe
Et salva animam, Iova, *ac* Here.
Ego benignitate confido Tuâ: 13.
Salute Tuâ hoc cor exilit.
Asylon, & munimen est meum Deus: 18.
Cornu salutis est meæ:
Susceptor atq; liberator est meus
Omni loco, die, statu.
Delicta quis novit? Me ab occultis lavet 19.
Meis, & ignoscat mihi.
Per nomen, ô Princeps, Tuum complurimo 25.
Clemens sceleri fias meo.
Lapsus iuventæ ne recorderis meæ: Ib.
In me fidei memor Tuæ.
Rex, per Tuam benignitatem maximam Ib.
Mei misertus, curam habe.
Vide laborem vilitate sub meâ, Ib.
Mihiq; remitte crimina.
Servo faciem ne averte, Rex Regum, Tuam,
Repelle nec à Te supplicem. 27.
Beatus est, cui haud imputantur crimina,
Dei *at teguntur gratiâ.* 32.

Iniquitatem

Iniquitatem confitebor fons meam, 38.
Agamq3 pœnitentiam.
Mei miserere fontis, & sana, Deus, 41.
In te hanc animam valdè ream:
Ego Tibi fons soli, & in Te *iniurius,* 51.
Scelus patravi noxium:
Vt iustus extes in Tuis sermonibus,
Vincasq3 iniquum Iudicem.
Tuam faciem verte à meis excessibus, Ib.
Measq3 noxas detere.
De sanguinibus me liberatum sospita, Ib.
Et a Tyrannis assere.
Iratus es, misertus es nostri, Deus, 60.
Magnam per indulgentiam.
Iniquitatis totius nostræ immemor. 79.
Converte Tuam ad nos gratiam,
Qui pauperes nimis sumus iam redditi,
Et gratiæ indigi Tuæ.
Clemens salutis, Iova, *nostræ, nos iuva*
Tuos, & adiutos bea: Ib.
Pro gloriâ tui asserendâ nominis,
Nos visita, nos sospita.
Audi gemitus, precesq3 vinctorum excipe:
Vultum penetrent ut ad Tuum. Ib.
Mei miserere: totâ enim clamo die: 86.
Tu lætifica mentem meam.

Defecimus

Defecimus iram per Tuam, turbati in hac 90.
Nostris iniquitatibus:
Convertere ô Rex: esto deprecabilis
Iam servulos super Tuos.
Converte nos, Salvator ô noster, Deus, 82.
Iramq; Tuam à nobis reduc:
Tu numquid irascêris æternùm Tuis,
Parens benigne, Filÿs.
Dum dicerem: pes est mihi motus, Tua 94.
Pietas iuvabat me, ô Here,
Tuisq; consolationibus pÿs
Recreabar omni tempore.
Ad Te *levo mentem meam, qui lenis es* 121.
Te *in vota Fide vocantibus.*
Ingressum & exitum tuum custodiat 122.
Rerum moderator unicus.
Iustus Domine *es, Tuumq; Iuris regulâ*
Est iudicium spectabile. 119.
Si iniquitates ultor observaveris, 130.
Quis sustinebit Te Arbitrum?
Est propitiatio Tibi summa in reos:
Hinc sustinui Legem Tuam.
Conversus ad me, Ias, *ubi premor, meam*
Reconde pÿs precem auribus.
Ad Te *omnis unum dirigatur prex mea,*
Oblatio cêu thurea.

Manuum

Manuum elevatio mearum, sit sacrum
Sero peractum vespere.
Me notum, Here las, *extra & intùs posides,*
Meamq; semitam obsides: 139.
Massam meæ inspextî rudem Tu *fabricæ,*
Tuo sed exscriptam libro.
Clamans ego ad Te *: spes mea es, dixi; mea*
Es portio viventûm in solo: 142.
Attentus exaudi meam precem, Iova;
Vilissimus sum redditus.
In iudicium ne intres Tuo cum servulo: 143.
Te nullus ante iustus est:
Audire Tuam benignitatem da mihi:
Solus siquidem Tu spes mea es.
Iumenta hominesq; Pascis *: alites cibas;*
Pullos crocitantes confoves. 145.
Meam Tu animam, ne subruatur, eruis: Esa. 38.
Mea crimina post tergum iacis.
Omnes sumus facti lutosæ cêu sues: 64.
Pannusvé habentis menstrua.
Si damna nostræ iniquitates hauserint, Ier. 14.
Placare nomen per Tuum:
Aversiones nostræ enim vultu à Tuo
Magnæ, innumerabilesq; sunt.
Formidini non sis mihi, Ias, *spes mea* 17.
Afflictionis tempore.

Me sana,

Me sana, Here, *& sanabor; & salva me, ero*
Salvus: quia Tu laus es mea. Ib.
Converte me, convertar ad Teq; ipsemet,
Agamq; pœnitentiam. Aliter.
Converte me: ut reversus ad Te, *seriò*
Sim pœnitens excessuum.
Non flectet iniquitas iugi collo à meo: Thrē: 1.
Totum obvoluta id prægravat.
Iustus Dominator es, quia os ego Tuum Ib.
Lacessij ad iracundiam.
Vindemiâsti me scelus propter meæ Ib.
Iniquitatis plurimæ.
Te *nos iniquè læsum, ad iram pergravem* 3.
Subindè provocavimus.
Nubem opposuisti Tu *Tibi, hæc precatio* Ib.
Ad Te, Deus, *ne transeat.*
Nostrum cor ex dolore mœret, quòd Deum
Te *læserimus gravissimè.*
Quocunq; malo nos aggravas, iustè facis,
De Te *nec habemus quid queri.* Dan. 3.
Ias *tui pro gloriâ almi nominis,* Orat: Azar:
Non perpetim disperde nos.
Tu iustitiæ obtines decus: confusio Dan. 9.
Nostram faciem horrida obruit.
Tuam nobis repende iuxta gratiam Ib.
Quæ nostra vincit crimina.

O parce nostris, parce, iniquitatibus: Ezech. 14.
Nostri vitulum labri ut feras.
Quòd sis, scio, Ias *clemens, datorq; gratiæ, &*
Miserator ignoscas reo. Ionæ 4.
Tu longanimis Iehova, *in irâ, patrij*
Velis reminisci nominis. Habac. 4.
Peccavi, Here, *condona mihi: me cum meis*
Non perde iniquitatibus: Orat: Manas.
Me sospita, indignum licet, iuxta Tuam
Benignitatem maximam.
Supernumerum peccavi arenæ littoris, Ib.
A Te, reus absolvi peto.
Vultum Tuæ virtutis omnes contremunt Ib.
Sontes, nec illum sustinent:
Quâ Tu minaris, ingens, inscrutabilis
Promissionis vox Tuæ est.
Misereris omnium: omne qui solus potes,
Et pœnitentibus faves. Sap. 11.
Bonam spei bonæ prolem esse vis Tuam 12.
Ob pœnitentiam mali.
Confundor, ad Te nec meas attollere Ezd. 9.
Vultus pavitantes audeo.
Peccata præcellunt caput nostrum, ausa item
Hæc nostra contingunt polos. Ib.
Internecioni numquid iratus dabis
Nos reliquijs cum singulis?

Non

Non sume vindictam reatu de meo, Tob. 3.
Patrumvé meorum crimine.
Iratus ad tempus Tuis breve; annues Ib.
Tuam facilis clementiam.
Nos Iova *castigavit ob nostrum scelus:*
Servavit at suâ Fide.
Rex & Deus Israel, iustus es Tu: nos rei
Nequimus hinc subsistere.
Tu iustus in omnibus malis, quæ nos premunt:
Es Tu pius in nos impios.
Miserationibus Tuis in plurimis Ib.
Nos disperire non sine.
A me Petro exeas ministro inutili, Lucæ 5.
Here: *sons, reusq; sum nimis*
Pater, *reus in cœlumq;, & in Te, non Tui*
Me nomine dignor Filij. 15.
Sis propitius mihi reo & sonti, Deus: 18.
Tu parce supplici Tuo.
Pater, *remitte nescijs quid ipsi agant* 23.
In Te Tuumq;, Filium.

Petitio sexta sic habet: ne nos sinas Vinci Satanæ tentationibus mali.

THESIS.

IEhova *tentat neminem: at deposcimus,*
Nos servet ipse, & indies custodiat:

Ne Satanas, Mundus, Caro, imponant malè
Nobis retractis à Fide & Verbo Dei,
Superstitionis nevè diffidentiâ,
Mentisvé desperatione pessima,
Sub flagitijs enormibus: sub pondere
Tentationis nos sinat succumbere,
Permittat & ullo tum loco, tum tempore:
At det potitis nobili victoriâ,
Ex hostibus victis trophæa figere.
Adoream per militaris baltei.

HYPOTHESES.

VEster Deus *vos tentat, ut palàm fiet,*
An ipsum ametis intimè. Deut. 13.
A me Tuam procul reduc manum: Tua Iob 13.
Formido ne me exterreat.
Contra folium, glumam vel abreptam Noto,
Potentiam exeris Tuam. Ib.
At Tu Dominator usq; quo differs opem
Mihi hoc tuam in discrimine. Psal. 3.
Mea misertus, ô Here, *ægritudinis,* 6.
Luxata loco ossa infer suo.
Rex & Deus, *in Te spem locatam servuli* 7.
Coram hoste, confundi veta.
Here, *ô mei miseratus, extractum me humo,*
Portâvé necis, da vivere. 9.

Exaudiens,

Exaudiens, Here ac Deus, me respice, 13.
Meosq; oculos illumina:
In morte soporis perpetim ne dormiam,
Hosti in triumphum traditus.
Cinctus dolore mortis, & torrentibus 18.
Iniquitatis totius,
Horroreq; inferni obrutus gravissimo,
In vota vocans Te, hinc exij.
Me disciplina prorsùs instructum Suâ Ib.
Correxit, & fruge induit.
In pulverem mortis redactum me, ô Deus,
Hinc auxilio Tuo erue. 22.
Cordis tribulatio mei aucta est plurimùm,
Necessitati Adsis meæ. 25.
Perdas ne animam viris meam cum perditis,
Vitamvé meam cum reprobis. 26.
A me faciem haud vertas Tuam, nec me Tuâ
Vites in ira servulum.
Ne tradideris me, Tu in manus vexantium Ib.
Vel hostium, vel pestium.
Non trade peccatoribus me, & cum impijs
Non perde cultorem Tuum. 28.
Tu sic animæ profer meæ: en à Me tua 35.
Dependet unico salus.
In carne meâ haud est sanitas his ossibus, 38.
A vultibus irati Iovæ.

Mihi scelera obversantur, hoc ubi caput
Iniquitas præponderat.
Meæ iniquitates me præhenderunt ita, ut 40.
Plures capillis sint meis,
Meumq; cor me dereliquit omnibus
Propè destitutum viribus.
Cur tristis es? turbaris aut cur? mens mea:
Fidens Deo, *grates agam.* 42. & 43.
Nos, quomodo oves, dedisti in escam, venditos
Omni precio sine, hostibus. 44.
Afflictionis in loco vilescimus Ib.
Per Te: necis umbrâ territi,
In sorde pulveris mens ista viluit: Ib.
Here, *cur faciem avertis Tuam?*
Orationem, Ias, *meam audi: turbidum* 55.
Formidine ist hoc cor hebet.
Laudabo Te, quòd eruisti hanc à nece 56.
Animam, atq; plantam à lapsibus.
Nostri miserere, Ias: *homo totâ die* Ib.
Infestus, in nos irruit.
Tuo nimium prædura monstrâsti gregi 62.
Attritionis maximæ.
Nostro imposuisti per magna dorso pondera, 66.
Et cladium æstûs tormina.
Non erubescant Messia *in Me, qui colunt*
Te, rector, & Iova *Israel.* Ib.

Ne

Ne figar in luto, Tibi me vindica, 69.
Et de barathro libera.
CVstos animæ meæ vindex quã sis, Ias, Ib.
Meos ob adversarios.
Sum pauper ego dolens quã, me tamen Tua
Suscepit adiutum salus. Ib.
Omnes mei hostes in tuis conspectibus Ib.
Sunt: machinentur quid, tenes.
Ne proïcias me per senectæ tempora, 71.
Linquasvé cassum viribus
Qui me iuvenem priùs levâsti, nunc senem
Ne derelictum desere. Ib.
Multis tribulationibus duræ crucis, Ib.
Ias, probâsti me hactenus:
At vivificâsti restitutum: ad me Tuum
Conversus amore patrio.
Tabescit ubi caro mea, hocq; cor, Petra 73.
Tu, parsq; mea æternùm mane.
Cur nos repulisti, Iova, ad extremum? Tuas
Tu cur in oves tàm perfuris? 74.
Feris animas ne des Tuorum bestijs Ib.
Culterum utroq; sexu, Here.
Non ulla Te unquam oblivio illis auferat,
Aut immemorem reddat sui.
Effunde gentes in profanas fulmina 79.
Tuæ gravis iracundiæ:

In regnaq3 nominis Tui, cultûs item
Ignara, & improba in Tuos.
Cibas lachrymarum pane nos: potas aquâ
Fletûs remistâ guttulis. 80.
Nos vivifica versos Tibi, ut Deo *Patri* 85.
Plebs læta canamus gratias.
Ostende Tuam servis, Here, *indulgentiam:*
Nobis salutem da Tuam. 81.
Benignitas in me perennis est Tua 86.
Animam eruisti Orco meam.
Plagas reduc à me Tuas: defeci enim 89.
A tot flagris Tuæ manus.
Fer auxilium nobis, Deus, *gravi in cruce:*
Humana enim vana est salus.
Fac mecum, Here, *non incommodè, ob nomẽ Tuũ:*
Benignitas suâvis tua est: Ib.
Me libera egenum, pauperemq3: turbidum
Stupescit hoc pectus nimis.
Bonum est mihi, quòd vilis hæream Tuis 119.
In iustificationibus.
Bona est mihi oris sacrosancti Lex tua: Ib.
Argento, & auro prævalet:
Erravi ovis instar perditæ: Tu servulum
Ad Te reductum, sospita.
Sum vilis usquequaq3: Tu iuxta dati, Ib.
Me vivifica, verbi fidem.

Mei

Meis anima hæc est semper in Palmis: Tuæ
Legis tamen non sum immemor: Ib.
Me suscipe promissi fidem iuxta Tui,
Confundar ut nil spe meâ.
In iustificationibus Tuis, quibus Ib.
Me vivificâsti, ævum teram.
Ancillæ oculi nutum velut spectant Heræ: 123.
Sic lumina nostra Te Deum.
Tu vivificabis me levatum de malis, 138.
Ac in media situm nece.
Deus Domine, *& salus mea in belli die,*
Caput hoc obumbratum tege. 140.
In me anxiaretur meus dum Spiritus, 142.
Meas tenuisti Tu orbitas.
Mea est anima absq; Te, Iehova, *tanquã humus*
Siticulosa, & cassa aquis. 143.
Non perditione recrearis nostrâ, Here, Tob. 3.
Post nubila sit serenitas:
Post fletuum largè fluentes lacrumas,
Fac, insequantur gaudia.
Furor Tuus nì versus est in gaudium Esa. 12.
Bonæ spei fiduciâ.
Nil expavescam: fortitudo, & laus mea Ib.
Herus *est, salusq; ipsissima.*
Perturbor, averso mihi vultu Tuo: 30.
Meus Tibi quid cruor feret?

Corruptioni destinatus debitæ,
An pulvis agam grates Deo?
Spectavimus Te, Here, *administri nos Tui:*
Tuis potens sis brachium.
Dies tribulationis, & plagæ dies: 37.
Vicina parens est partui:
Sed hanc pariendi liberos, vis deficit:
Herus Deus *auditam iuvet.*
Here, *vim patior: succurre solus Tu mihi:* 38.
Et redde vicem tyrannidi.
Me iudicio in Tuo, haud furenter corripe:
Ne cêu locusta, deterar. Ier. 10.
Salva Tuam gentem & Tuam prolem, Pater,
Cum reliquijs ex Israhel. 31.
Spectabo Deum, *qui solus est salus mea:*
Deus *meus me exaudiet.* Mich 7.
Lux est mihi tenebricoso in carcere: Ier. 31.
Portabo Dei *iram, sons ei.*
Impone cordi me Tuo signaculum: Cantt 3.
Me cogites, me somnies.
Parens, Here, *& vitæ* Deus *meæ, hostium*
Non trade me libidini, Syrac. 23.
Supercilium nec da mihi elatum, neq;
Desiderij æstum reprobi,
Et concubitus carnalis appetentiæ,
Hostemq; ferum à me reijce.

Deus

Deus *fidelis non sinet, vires supra,* 1. Cor. 10.
Vt in malo tentemini:
Tentationis at bonum eventum dabit,
Subsistere possitis uti.

Septena fertur his petitio sonis:
Sed libera nos universali à malo.

THESIS.

PRecamur hîc, summatim, ut omnium Pater,
Deusq́; credentûm piè & sperantium,
Nos ipse liberet malis ab omnibus,
Et cladium periculis & vinculis
Per mentium atq́ corporum discrimina:
Bonorum & honorum cuncta per dispendia.
Ac ut deinceps, imminente singulis,
Agone mortis horridoq́ & extimo,
Elargiatur prosperum vitæ exitum,
Ex Patrij favoris indulgentiâ:
Fletûs ut hac ex valle, nos ad gaudia
Et lucida cœlorum theatra transferat.

HYPOTHESES.

DVctor Tuam tuis eris per gratiam;
Nobis redemtor unice. Exo. 15.
Percussit hostem dextra, summe Rex Tua,
Et stravit adversarium. Ib.

Deus, *moriar, fac morte Iustorum, ut mei*
His par sit ævi transitus. Num. *23.*
Viam ingrediar terræ universæ mortuus, Ib.
Et carne solutâ Spiritu.
Vixisse sat mihi datum est divinitùs, Ios. *3.*
Hanc tolle animam, mi Conditor.
Sex è tribulationibus liber, malum Iob *5.*
In septimâ non senties.
In pace, in idipsum conquiescens, dormiam:
Fiduciâ fretus Spei. Psal. *4.*
Quis ex Sione Messiam *Israëli dabit?* *14.*
Captivitatem dum suæ
Averterit plebis, Iâcob tunc gestiet,
Et Israhel lætabitur.
Me lætitiâ Implebis bonâ: in vultu meo Ib.
Est perpes ex Te ovatio.
Protectione nunc salutem per datam Ib.
Me dextra Dei *alta sustinet.*
In Iustitiâ sistar Tuis conspectibus, *17.*
Visâ sat in Te gloriâ.
Extraxit undis me profundis: me hostibus *18.*
Fortissimis Iova *eruit.*
Vilem populum Tu sospitabis: lumina Ib.
Fastu proterva deprimes:
Salvasti animam Tu hanc à necessitatibus,
Periculisq; maximis.

Iova,

Iova, *Israhelem sospita, ereptum omnibus*
Malis tribulationibus: 25.
Custos animæ, Ia, *sis meæ, sub irritâ*
Ne spe pudescam inglorius.
Me credo visurum Dei *bona in solo* 27.
Perenniter viventium.
Mei fac, Here, *ævi cognitum probè exitum:*
Vt, quid mihi desit, sciam: 30.
Dimensus es quidem universos Tu meos
Dies, numerâstiq; unicus.
Deus Domine, *eduxisti ab inferis meam*
Mentem, reductam à mortuis. Ib.
Planctus meos Tu gaudiorum in iubila Ib.
Vertisti ovationibus:
Me lætitiâ circumdato, saccum mihi,
Conscindis, auctor gratiæ.
Inopem è manu tyrannicâ erutum, Iova, 35.
Cum paupere egenum subleva.
Ex hoste, Ia, *nos eruisti, non sine* 44.
Probris reorum maximis.
Exurge tandem, summe regnator: iuva Iq.
Nos, reddeq; erutos Tibi.
Tribulatione ab omni Ias *me sublevat,* 54.
Ac eruit pijssimè.
In pace sequestra, liberavit me Deus 55.
Meis ab adversarijs.

Misit suam Ias *cognitor clementiam,* 57.
Meq; eripuit Leunculis.
Iratus es, misertus es nostri, Deus, 60.
Benignitate pro Tuâ.
Nos edoce tàm computum ævi, quàm exitum:
Fac, emigremus hinc piè. 90.
Afflixit in viâ meum robur: Deus, 102.
Meosq; præcidit dies:
Quorum in medio, ne transfer hinc me: sunt Tibi
Anni perennes unico.
Ex morte animam hanc Ias *benignus eruit,*
A fletu oculos; lapsu pedes. 112.
Ab hostibus me libera fortissimis 142.
Mihiq; prævalentibus.
Me vivifica, neciq; præsenti eripe 143.
Vitæ recenti redditum.
E maximis me libera undis: è manu 144.
Extranei me, Ia. *eripe.*
Iuxta voluntatem Tuam, mî fac, Here: Tob. 3
In pace animam hanc tolli iube.
O si polos disrumperes, & in sola Esa. 64.
Descenderes hæc, Messia.
Gentem Tuam ampliâsti in omnibus bonis,
Et maximis honoribus, Sap. 16.
Præsens & ipsi semper, haud despexti eam
Vllo in statu, loco, die.

Quoscunq;

Quoscunq; Mihi Pater dedisti, sint, volo,
Cluantáq; mecum perpetim. Ioan. 17.
Sit gratia Iæ nobis datâ è victoriâ, 1. Corr. 15.
Per Christum Iësum *Principem.*
Me liberavit à malis Iova *artibus:* 2. Tim. 4.
Salvabit in regno Poli:
Illi sit omnis sempiternùm gloriâ
Deo *ter uni & Principi.*
Regnator ô salutifer tandem huc ades:
Adsum atq; adero brevi, refers. Apoc. 22.

THESIS.

Petitioni Christianorum ultima,
Attexitur verbis in hisce clausula:
Tuum, Pater, regnum, tua est potentia,
Et gloria nunc hic, omni at istic sæculo.

HYPOTHESES.

Regnum DEI, potentia atq; gloria
In sæculorum permanebit sæcula.
In nube maiestas Dei *comparuit,* Exo. 16.
Odore complens singula.
Montem Sinai replevit Iæ gloria, 34.
In sede selectissimâ.
En testimonij Tabernaculum tegens 40.
Serena nubes, munijt.

Divinaq;

Divinaq3 gloria illud implevit, metu
Non absq3 contuentium.
Domum Dei *sacratam adimplevit, prece*
Sumtâ, peringens gloria. 2. Reg 8.
Te, Iova, *virtus laudat omnis cœlica:* Orat:
Tibi est perennis gloria. Manas.
Tua est, Here, *amplitudoq3 & potentia:*
Tibi gloria, laus, victoria, 1. Paral. 19.
Tu divitias, & gloriam das: unicus Ib.
Rerum Dominator omnium.
Tuâ in manu sita est potentia, & salus 20.
Accincta fortitudine.
Es magnus in æternum Deus: *regnum obtines*
Per sæculorum sæcula. Tob. 13.
Deo Domino *Israel, gnate, gloriam dato*
Illiq3 reum te sistito. Iosu. 7.
Regnum Domini *est: regnator Ipse gentium*
Vbiq3 vivit unicus. Psal. 22.
Afferte summo gloriam omnes Principi, 29.
Decusq3 nomini ipsius.
Cœlos super Ias *altior, præ terreo* 57.
Orbe eveharis gloriâ.
Herus *in cœlis fixit thronum sibi arduum:*
Dominabitur is Rex omnium. 103.
Divina duret sæculo omni gloria: 104.
Sit læta opere ex omni suo:

Iehova.

Iehova, *nomini Tuo ter maximo,*
Ac terribili, da gloriam.
Regnum perenne singulis ætatibus, 145.
Præq3 universis, inclitum est.
Regni perennem gloriam Tui canent, Ib.
Magnamq3 potentiam evehent.
Raptum in folium Notho, exeris robur Tuum,
Stipulamq3 siccam ventilas. Iob 13.
Metus potestatis, favorq3 apud Deum *est*
Omni die, loco, statu 25.
Deus *necis & vitæ potens* Here, *& Tuos*
Tu *vivificas, & enecas.* Sap. 16.
Ego Dominus: *nomen meum hoc est; gloriam*
Meam alteri haud communico. Esa. 42. & 48.
Domino Deo *vestro exhibete gloriam*
Omnes fideli pectore. Ier. 13.
Fortissime, armorumq3 cœli præpotens: 22.
Nomen Tibi est Rex Zebaoth.
Tu *consilio ingens: cogitatu & sensibus*
Nullis prehendi sustines.
Christi *potestas à mari ad mare eminet:*
A flumine magno ad flumina. Zach. 9.
Sit gloria in excelsis Deo: *mortalibus*
Sit velle bonum, Pax in solo. Lucæ 2.
Sit laus in astris, præsidi excelsissimo, 19.
Sit pax in orbe terreo.

Deo

Deo *perenni laus, decus, victoria* Rom. *11.*
Sit glorio sa in sæculum.
Ecclesijs in Christianis debita Ephes. *3.*
Detur Iehovæ *gloria.*
Deo *sit unico perennis gratia,* *1.* Pet. *4.*
Virtus, honos, victoria.
Nunc facta salus, redemtio, virtus, honos, Apoc.
Regnumq; Deo, *&* Christo ipsius. *12.*

EPILOGVS.

His omnibus septem petitionibus
Amen, *quod est gratum, ratumq; id omne sit,*
Quò certus orans omnis ex Fide, sciat
His omnibus suis petitionibus
Eiusmodi ratis & acceptis piè,
Per cuncta Deum *favere Patrem cœlicum*
Promissionem propter ipsius ratam,
Effecta subsequi reapse, cœlitùs
Largita in exauditionibus precum
Ad hunc modum fideliter petentibus,
Precesvé concludentibus suas, Amen
Sub voculâ, seu, fiet id certissimè.

HYPOTHESES.

Laudandus Ias, *qui suam à me haud abstulit,*
Tum veritatem, tum Fidem. Gen. *24.*

Afflictiones

Afflictiones cum laboribus meis 3.
Respexit altus Arbiter.
Dominator *audiet me, Eum postquàm sono*
Miserabili invocavero. Psal. 4.
A me statim recedite, omnes impÿ: 6.
Fletum Deus *audivit meum.*
Qui noverint nomen Tuum, fidant Tibi 9.
Non derelinquenti pios.
Desiderium, percepit Ias, *pauperis:* 10.
Promtum sibi cor haud negliget.
Pressus cruce, clamavi ad Deum, *Patrem meum,*
Cui visus & auditus fui 18.
Te *prædicabo liberatorem meum,* 30.
Susceptor Ias *unice.* 30.
Sperabit hoc cor in Iovam *meum: is mihi*
Adiutor est, erit, fuit. Ib.
Audivit Ias *me: misertus is mei,* Ib.
Patronus est factus mihi.
Confundar haud unquam, invocabo Te in meis,
Ias, *necessitatibus.* 31.
Ad Te Deum, *clamavi, in omni à Te meâ*
Sanatus ægritudine. Ib.
Vocem precationis audisti meæ, Ib.
Clamore dum Te poscerem.
Deum *requirens expetivi: is audÿt* 34.
Me liberatum de malis.

Suscepit

Suscepit Ias *precem meam, & lacu* 40.
Cœni profundo me eruit.
Laudandus Israhelis est Rex, & Deus 41.
Per sæcla, Amen, Amen, Amen.
Susceptor, atq; asylon est mihi Deus 59.
Vexato in omni tempore.
Dum cor meum valde anxiaretur, Deus,
Per Te, petrâ in altâ consiliti. 61.
Fusam precem audis Tu: caro omnis unicum
Ad Te colendum confluet. 65.
Meæ tribulationis in die, quærens Deum,
Frustratus haud sum spe meâ, 77.
Laudabo iugiter Iovam, *qui pauperis* 109.
Dextræ auxiliator adstitit.
Mea diruisti, liberator, vincula: 116.
Sacrabo Tibi laudum hostiam.
Dominum *invocavi qualibet in meâ cruce:*
Me in latitudine, audyt. 118.
Sit gloria in excelsis Deo: *pax in solo:*
Sit velle bonum mortalibus. Lucæ 2.
Quotquot Dei *promissa sunt, in Messia*
Complentur: Amen hinc dicimus, 2. Corr. 1.
Ad gloriam Deiq;, *& in nobis Fidem*
Exuscitandam protinùs.
Invisibili, æternoq; principi, & Deo 1. Tim. 1.
Sit perpes honos, laus, gloria.

APPEN-

APPENDIX MONODIAE BOHEMICOLATINAE IN ORATIONEM DOMINICAM.

I.

Otče náſs genž ſy na Nebeſých.

O parens noſter polis in altis,
Succurre prolibus tuis,
Adesq́ præſens iugiter,
Quas gubernes deſuper,
Rex, patronus, arbiter.
Sit tuum nomen tam ſacroſanctum
Devotione mentium,
Honore cultus quàm tui,
Quo prius nil ullibi,
Maius aut eſt cognitum.
Mentibus regnes ſolus in noſtris,
Fugam per atri dæmonis,
Ius non ſit in peculium
Illi tuum: per ſæculum
Noſter ô rex & gigas.
Velle ſic tuum ſit in terra,
In arce ſicut cœlica:

Des,

Des, fiat illud amodò,
Cedat ut noſtrum tuo
Vndequaq; maximo.
Pane nos exple cotidiano,
Verbiq; cœleſtis cibo,
Extrude meſſores quoq;,
Qui ſalutis dogmate,
Veritatem nuncient.
Noxias clemens remitte nobis,
Remittimus cêu proximis:
Noſtri reatûs immemor
Gratiæ largus dator
Sis in omni tempore.
Ne ſinas gravi tentatione
Aſſpráve vinci nos cruce:
Des, perſeveremus Fide
In gravi diſcrimine,
Sêu reatûs tormine.
Sit ratum nobis, tibiq; gratum,
Quibus dediſti Filium:
Noſtras per hunc audi preces,
Et tuere ſupplices
Liberos, Pater, tuos.

II.

Smrt se bližj k každěmu.

Mors

MOrs instat universis
Mortalium cohortis:
Illam nequit latere
Quisquam, nec effugare:
Christus at Dei parentis Icon,
Est reis piamen, est asylon.
Noster parens polaris,
In his tuere terris
Tu plasma nos misellum,
Genusq; vile nostrum,
Ne sinas culpas ob interire,
Hisce digneris sed expiare.
Nomen tuum perennet,
Clarumq; semper extet:
Divinitate magnum,
Factisq; glorioſum:
Cui genu curvetur omne passim,
Et polo, salo, soloq; tractim.
Regnum tuum perenne
Adsit, quod est ubiq;
Securitate tutum,
Incopiâ bonorum:
Gaudio remunerationis
Ac Dei vultûs fruitionis.
Mentis tuæ voluntas
Sic fiat, ut potestas

Huic

Huic universa cedat,
Nostrumq; velle pellat,
Legis tuæ severæ,
Charitatis, proximiq; curæ.
Panem quotidianum,
Victûs ad hæc amictum
Nobis in hoc die da,
Verbi tui sagînâ,
Sêu viatico, sêu commeatu.
Noxas remitte nobis,
Nostris velut propinquis
Illas remittimus nos,
Præbemus aut benignos:
Tute nosti nostram pravitatem:
Ferre dignus indignis salutem.
Ne nos sinas gravari
Tentationis æstu,
A te nec abdicari
Fastu graves, & astu
Dæmonis, qui perditus laborat
Semper, ut secum quoscunq; perdat:
Sed è malo retractos,
Et faucibus Draconis,
Morrale crimen actos
Ne rete tendat artis:

Criminum da nos hîc pœnitere,
Vt queamus ad te commigrare.

III.

Otče náſs genž w Nebi bydliſs.

NOſter parens, & cœlitum,
Qui poſcis ut nos mutuùm
Amemus in concordiâ
Fraternitatis debitâ,
Fac, corde toto te patrem,
Ac invocemus vindicem.
Clareſcat ô nomen tuum
Semente Verbi conſitâ
Pro fruge largâ mentium,
Et meßis amplæ copiâ:
Nobis piè da vivere,
Erroneis nec cedere.
Regnum tuis inſtet tuum,
Quos hîc & iſtîc ſoſpitet,
Flamenq; cordibus ſacrum
Infunde noſtris, quæ novet:
A dæmonis vi ſubdolâ,
Sit tuta, des, Eccleſia.

Fiat voluntas hîc tua
Vt in poli sit regiâ:
Sin nos premes durâ cruce
Vincamus ipsam, fac, prece:
Cum velle nostro, dæmonis
Tui doma vi roboris.
Panem datum quotidiè
Victûs amictu, suffice:
Concede pacem, dissipa
Cum peste, belli semina,
Curas & avari pectoris:
O pasce nos verbis tuis.
Remitte nobis debita
Per gratiam, Pater, tuam,
Cêu debitori nos ea
Remittimus, cêu mutuam
Per charitatem, per fidem
Nos sublevamus invicem,
Ne des tuos succumbere
Tentationi dæmonis:
Dextræ sinistræ terminis
Vtrisq; des subsistere,
Ac rectinere Spem Fide
Verbi tui fulcimine.
Malis cladibus nos eripe

Periculúq;

Periculisq; temporum:
Damnatione perpete
Exolve nos post exitum
Mentis beatum corpore:
Hæc in tuas manus cape.
Vnà sonemus nunc Amen,
Credamus id piè tamen,
Promissa quòd fidelia
In Vngenâ Christo *sua*
Parens adimplebit Deus,
Seclis sit huîc laus omnibus.

TH. Mitis COMPELLATIO REGIARVM BOHEMIAE CIVITATVM, NYMBVRGAE, PISCAE, BRODAE BOHEMICAE, Senatus Populiq; : Ac Diæcesianorum S. HENRICI & MARTINI in Vrbibus Pragensib.

Per sexennia iam decem,
Annos quinq3 minùs, circiter aut item,
Canis inficior cæsariem, fioq3 nunc senex,
Postquam luce fruor, satus,
O Nymburga, *tibi, civis & insitus*
De patris superi largifluo munere, velleq3,
Susceptusq3 fui sacro
Tunc ex fonte, sacri nomine Apostoli,
Qui cognomẽ habebat Didymi conveniens, Thomæ:
Piscensi genitus patre
Ioanne, & Kamarith *stirpis alumnulo,*
Ianâ ex matre: viro orbatâ, ego dũ infãs fuerã mi-
Pòst, morbo miserabili (ser,
Afflictus miserè, ac tormine calculi, &
Gingivæ, elicitis inde bona parte molaribus.
His, illo careo simul,
Oris damna mei at carmine pensitans,
Iãm *pango, patronos itidem concelebro meos.*

Quos

Quos inter Roſebergius
Eſt princeps Gulielmus, *mea qui lubens*
Volvit metra, frequensq; ac cumulat muneribus
Tum de Lobcovia *domo* (datus,
Natu maximus, & Chriſtifer, *&* Georg:
Quo Rectore Supremo regitur Curia regno in hoc.
Aurati hinc Equites item,
Spanovvsky Michaël, *Scriba Bohemici*
Summus Regni, itidem Albertus *Eques* Ka-
Cum multis Equitum Ordinis (paun
Civilisq; Status nobilibus viris,
Seu ſint Spirituales, vel ab hoc Sæclo habeãt decus.
Vrbs Nymburga *tibi meum*
Natalem tribuo, debitor ipſius,
Et Piſeca *tibi: in te genito cum patre filius:*
Ludis quin etiam, Broda Bohemica
Permultum teneor ſive tuo, Novæ aut
Pragæ, Henrice *tuo ſive ſito in mœnibus, Vrbiũ.*
Vobis ſextum igitur librum
Hunc, gliſcens meriti reddere gratiam
Neglecti & ſtudij, cêu publico teſte, reponere:
Sacramenta refert enim,
Auctor quæ ſtatuit Chriſtꝰ *homo & Deus,*
Scripturæ alveolis & ſapidis xe apiarijs.

Praefatio in Lib. VI.

Quem noſtræ ſapiant ſcholæ,
AEdes percipiant prorsùs, & imbibant,
Nobiſcumq́, pÿs diſcipuli mentibus imbibant;
His donec quoq; liberi
Hoc de corporeo carcere tranſmigrent:
Extorres, patriæ cœlituum poſtmodò redditi.
Ipſam munificus Iova
Cunctis contribuat ritè, fidelibus:
AEternus Genitor, Natus, ad hæc Spiritus, addo
(Amen.

Pragâ Veteri ſub Autumnum.
An: ſal: 1587.

THOMAE

THOMAE MITIS LYM: Catecheſis Biblicæ,

ODARVM, THESIVM, HYPOTHESIVM, Monodiæq; Bohemicolatinæ, in Sacramenta per CHRISTVM conſtituta,

LIB. VI.

SACRAMENTVM BAPTISMI.

THESIS.

BAptiſmus *aqua eſt incluſa* mandato
Verbiq; ſacrata ipſius ſignaculo. (DEI,
Promiſſionis *hoc modo effertur tenor,*
Qui Crediderit, *lotus ſacrato gurgite,*
Salvabitur: qui nolit autem credere
Tingivé ſacro anime, perpetim damnabitur:
Mandatum *at hoc eſt:* Ite, *gentes ſingulas*
Toto orbe,& Edocete,*& undâ* Tingite
In nomine Patris, Filij, *&* Spiraminis,
Vnius in Trinis DEI *per ſæcula.*
Confert *itaq; hæc baptiſmatis ſacri actio*
Remiſſionem criminum fidelibus
Vtroq; ſexu, liberatis perpeti
A morte, Satanâ hoſte, & Orci faucibus.

Qui credunt nempe, quod DEI *promissio,*
Verbumq; pijs spondent piè mortalibus.

HYPOTHESES.

VOx diluvium divina fontibus fuit
In eluendis sordibus. Psal. *29.*
Lumen profundum rivuli ductu sui, *46.*
Totam Dei *Vrbem recreat.*
Effudero in vos mundam aquam: ut mundemini
A sorde vestrâ, labeq;. Ezech. *36.*
Omnes Iüda rivuli fluent aquis, Ioel. *3.*
Fonsq; ibit è domo Dei.
Illâ dierum fons scatebit omnium Zach. *3.*
Ablutione criminum.
Qui non receperit Dei *regnum, ut puer,*
Id non valebit ingredi. Mar. *10.*
Ad Me venire parvulos permittite: Ib.
Cœleste regnum est talium.
Ni quis fuerit renatus undâ & Spiritu,
Subibit haud regnum Dei. Ioan *3.*
Nunc quisq; vestram agendo pœnitentiam,
In Christi Iësu *nomine,* Actt *2.*
Et numine, baptizetur, idq; in omnium
Ablutionem criminum.
Nos corpus in unum omnes sumus loti sacro
Baptismate, & uncti Flamine. 1. Corr. *12.*

Quicunq;

Quicunq; lori estis sacrato gurgite, Gall.3.
Christi *induistis Spiritum.*
Vitæ lavacro, tum Dei *Verbo, Aurâ item*
Est sanctificata Ecclesia. Ephes.5.
Salvi & geniti recens sumus baptismate Tit.3.
Sacro, & renovati Flamine.
Bonæ stipulatîo conscientiæ in Deum,
Baptismus est fidelium. 1.Pet.3.
Resuscitatione Iësu *Principis,*
Reducùq; vitæ à mortuis.

CONFESSIO & ABSOLVTIO.

THESIS.

PEccata tenemur confiteri publicè
Deo, *utq; privatim Ministris ipsius*
Verbi & Sacramentorum, itemq; credere
Certò, quòd absolutionem, Iæ in loco,
Delicta fassis, dent ratam sic in polo,
Vt in solo sit grata pœnitentibus.

HYPOTHESES.

PRopter reatus tam parentum, quàm suos
Afflictionem sufferent, Levit.26.
Donec suas iniquitates debitâ
Confessione proferant.
Iniquitate plurimâ peccavimus, 1.Reg.12.
Quòd dereliquimus Deum.

Facto nimis hoc peccator insignis fui: 2. Reg. 24.
Fassi aufer Ias, *hoc scelus.*
Peccaverant nostri Patres, malè egerant
Coram Deo *eũ ut relinquerent* 2 Paral. 29.
Vir seu mulier peccata dum commiserint,
(Proclivé ut est mortalibus) Num. 3.
Transgressione Legis aut peccaverint
Ausu, atq; negligentiâ,
Sua confitebuntur flatim piacula,
Agendo pœnitentiam.
Peccavimus superbo murmure in Iovam,
Ac te, Moises, læsimus: 21.
Precare pro nobis Deum, *tu abictibus*
Vt liberemur aspidum.
Domino Deo *Israel, gnate mi, da gloriam*
Fatere mihi, quid feceris? Iosu. 7.
Dominum Deum *Israel læsi, Achan sons, &*
Factum per abominabile. (reus
Me iustificare si velim, os hoc me reum Iob 9.
Damnabit acti criminis:
Sin innocentem proferam, me proprio
Convincet actu pravitas.
Vias meas Dei *ante conspectum arguam.* 13.
Salvator Ipse *erit meus.*
Meum Tibi *delictum ego fassus fui,* Psal. 32.
Crimen meum nec abdidi.

Iniustitiam

Iniustitiam, dixi, meam loquar Deo, & Ib.
Tu mî omne remisisti scelus.
Qui crimina cælat, hic habebit pessimè: Prou 28.
Fassus, valebit optimè.
Quorum remissione, habebit gratiam,
Auræ, Patris, tum Filij.
Domino Deo, *nostroq3* Hero *peccavimus*
Nostris malè cum Parentibus. Ier. 3.
Nostrum in Dominũ Deum *rei, deliquimus,*
Diffisi ei lenissimo. Baruch 1.
Diebus à nostræ iuventutis malæ
Ad usq3 præsentem horulam.
Peccavi, Here, *peccavi Manasses, & gemens,*
Meam iniquitatem defleo. Orat: Manas:
Non te pudeat, quod æquitas poscit, Deo
Fateri animæ scelus Tuæ. Syrac. 4.
Peccare potes, pudendo, gratiam quoq3
Inire Tuo coram Deo.
Vel pristina fassus deprecare crimina, 21.
Quæ missa tibi laxet Deus.
Reconciliatum vade primùm proximo: Matt 5.
Munus tuum offer postmodò.
Nos pro malefactis sustinemus tormina:
Pro sontibus insons Hic *cadit.* Lucæ 23.
Multi, veniebant è fidelium grege Actt. 10.
Ad confitendum crimina.

Donate vobis mutuò culpas graves, Coll. 3.
Necnon querelas in reos.
Peccata confitemini vestra invicem,
Orateq́, sitis ut pij. Iacob. 5:
Si confiteamur nostra Iovæ *crimina,* 1. Ioan. 1.
Fidelis hic & iustus est,
Vt nostra nobis laxet ultrò debita,
Suamq́ donet gratiam.

Clavis ligat hic īpœnitētes crīinū, excommunicat quoq; insanabiles.

En eijcies me in hoc die à conspectibus Gen. 4.
Vagum Tuis, Cain ait.
Nil infer idoli Tuam in domum, Deo Nū. 21. &
Anathema ne sis iudici. Deut. 2.
Homo maledictus quisquis aptat sculptile,
Malo vel exemplo colit. Deut. 13. & 27.
Beatus ille, qui haud probans & æmulans
Vnquam, impios sequi haud studet. Psal. 1.
Vanis nec assedis viris, nec improbis
Formidolosus adsliti.
Ecclesiam odivi malignantûm: impijs 26.
Non iungar assecla, & sodes.
Si conspicatus es virum furem, comes 50.
Ei, sodesq́ adultero es.
Clavem domûs Davidicæ Tradam Mei Esa. 22.
Appensam humeros ad Messiæ:

Ipsi

Ipsi reseratam, nemo claudet, clausam item
Nemo reserabit omnium.
Quicunq; recedunt à Me, eis sub perpeti
Væ, diritate instat necis. Oze. 7.
Iniquitatis actor à vultu Meo Matt. 7.
Fugiens, recedat protinùs.
Discedite à me omnes, iniquitas quibus Ib.
Omnis probatur affectis.
Sanctum canibus nolite sparsim obtrudere, Ib.
Gemmasq; porcis tradere.
Quodcunq; ligaveris super terram, Petre,
Erit ligatum id in Polis. 16.
Ligaveritis quæcunq; vos super solum, 18.
Erunt ligata cœlitùs.
Obaudierit si Ecclesiam, sit Ethnicus, Ib.
Sit Publicanus is tibi.
Scribæ & Pharisæi, grande vobis væ reis:
Vos fœtus enim estis viperæ: Matt. 23.
Quo iudicium modo Gehennæ exibitis
Sub sempiterno tormine?
Qui haud credit, is vitam haud videbit, at Dei
Eum super, ira permanet. Ioan. 3.
Quorum retineris ausa, erunt retenta eis 20.
Vt in solo, sic in polo.
Decrevi, ut is qui perpetravit hoc nefas,
In Christi Iesu *nomine,* 1. Corr. 3.

Et numine eius, destinetur Satanæ,
Necandus in carne, halitus:
Vt in diem servetur adventûs Ducis,
Et sospitatoris Dei.
Fugate falsum quemlibet fratrem ex grege
Vestro, atq; contubernio.
Qui Fratris ex vobis vocatur nomine, & Ib.
Scortator, aut avarus est,
Aut ebriosus, aut rapax, item procax,
Idolavé amans, cavete eum.
In Christi Iësu, *nostri* Heri, *nos nomine*
Vobis severè iniungimus, 2. Thes. 3.
Vt falso ab omni fratre separemini,
Qui præbet ex se scandalum.
In publico fontes loco redargue, 1. Tim. 5.
Vt expaveſcant cæteri.
Tuas repentè nemini imponas manus, Ib.
Nec sontibus communices.
Si quis venit ad vos dogma, Christi *haud asserës*
Hunc ne salutetis quidem. Ioan. Ep. 2.
Clavis reatus pœnitentium auferens
Solutione vinculi hîc peccaminũ est.
Nihil metuas: protector Ipse Sum *tuus,*
Merces quoq; ingens Sum *tua.* Gen. 15.
Saram viro uxorem, tibi ut viram impetret,
(Propheta namq; est) reddito. 20.

Pro

Pro fonte Sacerdos obsecrabit, ut Deus
Remittat ei obductum scelus. Leu *19.*
Nathan Davidi ait: tuum à Te Iehova
Scelus (haud morieris) transtulit. 2 Sam. *12*
Est nequitia impleta eius, est iniquitas Esa. *40.*
Remissa labis illius.
Vade, utq; credidisti, ita accidat tibi: Matt: *3.*
Precata quod es tu, id obtine.
Confide Fili: nam remissa sunt tibi *9.*
Peccata Me per Messiam.
O Fœmina est fides tua ingens: sit tibi *15.*
Datum, quod exposcis Fide.
Quodcunq; solveris super terram, hoc erit
Solutum & in cœlestibus. *16.*
Quæ solveritis terrâ super, soluta erunt *18.*
Hæc inter altos cœlites.
Remiseritis peccata quorumcunq;, ea
Eis remittuntur piè. Ioan. *20.*
Peccata remittuntur tibi: Fide tuâ es Lucæ *7.*
Servata: pace abi in bona.
Si septies Frater die uno, sit reus *17.*
In te, toties remitte ei
Fides tua te per cuncta salvam reddidit *18.*
Salvus, animo cum corpore.
Mecum in Paradiso, crede, in hac eris die, *23.*
Christus *Latroni personat.*

En sanus

En sanus es factus: cave, haud pecces magis:
Ne deteriora sentias. Ioan. 5.
In pace vade, nec peccare cogita, 8.
Aut esse rea ampliùs, cave.
A pluribus communis increpatio, 2. Corr. 2.
Facta evidenter, sufficit:
Solatium culpa solutus, ut feras
Ingens, dolore pro gravi.
Homo præoccupatus atro crimine, Call. 6.
Est corripiendus leniter.

ODE IN BAPTISMVM.

Qui parens es & faber,
Herusq; in universitate rerum,
Dona nos tua, & bona
Satis sonare, non valemus ipsi,
Prædicare sed neq;
Relata posteris utroq; sexu.
Lotione Tu sacra
Es eius hîc benignus institutor
Prodromum per Vnici
Tui, olim in amne Iordanis lavati.
Ipse testimonium
Fidele das ei, & gregi piorum:
Nempe, Christo Iësu, *Hero,*
Quòd in suo ferant remissionem
Criminum,

Criminum, Tui Halitûs
In arrhabone cordis, aut sigillo
Offerente perpetis
Beatitudinis sodalitatem:
Te precamur, ut tuâ
Fide, tuiq; notione, stemus
Roboris tui clavâ
Et ampliatione firmiores,
Impetûs Satanici
Ad hæc furoris in minas & ausus:
Dicta & acta ne tua
Vel elevemus infidelitate,
Vel premamus improbè:
Graves tibi Deo, Patriq; nostro.
Ergo gratiam tuæ
Opemq; confer hanc benignus Auræ:
Sanctitatis ut piæ
Pio favore, dotibusq; moti:
Pœnitentiâ mali
Præeligendo semper allevari,
Cogitemus indies,
Restabit istius quod inde vitæ,
Innocenter, & fide
Tibi datâ, ad lavacra fontis almi,
Et novationis, &
Inunctionis Vtriusq; Flatûs

Per charisma mysticum,
In executione muniorum,
Servitute debitâ
Tuisq́ꝫ honore cultibus sacrando:
Serviamus haud magis
Reatuum coinquinationi,
Propriâ nec ampliùs
Adobruamur imbecillitate:
Fruge seriâ boni,
Fugâ maliq́ꝫ, corrigendo vitam,
Mente, cogitatibus,
Vtrisqꝫ sensibus subordinemur,
Appetendo præmia
Tuæ, Deus *Pater, benignitatis:*
Gratiam per Vnici
Tui, simulq́ꝫ Flaminis tenendam,
Vita perpes est ubi
Beatitate perpetim quietâ.

IN EVNDEM
I. Monodia.

Pohleddme na to s pilnostij.

SEdulò dotes notemus
Ex fidelis parte cœtûs,

Qui

Qui Deo vitam novando,
In Fide ſtat militando:
Quâ probati ſint athletæ
Et ducis dextrâ potente
Dæmonem ſternant potenter:
Milites, viriq; ſemper.
Nam Fide caſſus, iacebit,
Nec novâ vitâ nitebit,
Aut erit victor Maligni,
Victus at ſubdetur ipſi.
Ergo nil erremus ultra,
Quæ ſit, inquirendo, vita
Hæc in omnibus renatis,
Et ſacrato fonte lotis.
Eſt opus pro teſte cunctis
In bonis, maliq; factis
Corde profluens in ora
Qualibet die, vel hora.
Hæc renaſcendi propago
Sit velut nobis imago
Quid labruſcam, quidq; vitem
Diſtet inter germinantem.
Iova, tu nobis utrumque
Lumen omnibus reclude,
Et novam concede vitam,
Daq; cœleſtem diætam.

Geſtik

II.

Gestit každému potřebi.

DIgnum pijs est omnibus
Scitu, necessitatibus
Summis, tenere tam Fidem,
Quàm Veritatis ægidem.
Hanc ipse Christus indicat
Dum Nicodemo prædicat,
Quid sit renasci denuò
Salutis ex negotio:
Cuius basi verâ sine,
Homo sibi nil sumere
Vnquam queat, vel expetat,
Quod fruge cassum, damna dat.
Sed hæc renascientia
Ex Fonte Vitæ profluæ,
Christo paratur auspice,
Et præliantium duce,
Quem cœlicus pater Deus
Pro sospitandis sontibus,
Demisit insontem solo,
Sistat renatos ut polo.
Natalis à sui die
Hinc, ad diem necis suæ,
Is moriger patri Deo
Lytro novat Pios suo.

Illius efficaciâ
Sanctiq; flatûs gratiâ
Fidele cor regignitur,
Ac Angelis coniungitur.
Dum sermo promitur Dei
Sonatq; vox Evangelî,
Mentes inunguntur piæ
Spiraminis charismate.
Vnctos in hoc Apostolos
Misit, per Orbem dissitos,
Fidem docendo, tingere
Nati, Patris, Aurea nomine.
Qui sic renati non forent,
Ortuq; vetusto si terterent,
Regnum subirent haud Dei:
Lacûs gehennalis rei.
Oportet illos, se novent,
Ad idq; sedulò parent,
Vt pœnitentiæ statu,
Carnem necent in spiritu:
Præstent voluntatem Dei,
Suâ caventes attrahi
In omne damnatum scelus,
Per quod perit quivis reus.
Prout monet fideliter
Cœleste Verbum, iugiter

Quod

Quod ruminatum proderit,
Dum Spes salutis fulserit.
Apostolus nam Gentium,
Baptismus, ait, fert id bonum,
Quo sunt renati Flamine,
Igni sacroq́ꝫ flumine.
Illo sumus loti duce,
In Rege Christo *divite,*
Cum quo sepulturæ dati
Resuscitabimur novi.
In hac renascientia
Omnis pius noscat sita
Sibi salutis præmia,
Baptismatis efficacia.
Hanc, Christe, *tuis da gratiam,*
Quâ veritatem per tuam,
Stemus renati congruè
Verâq́ꝫ perstemus Fide.
Virtute præstes id tuâ
Simplex Ias *in Vsiâ,*
At Trine personis tribus,
Fili, Parens, & Spiritus.

III.

O Pane Gežÿssÿ Neymilost:

Christe *rex* Iësu, *Turba pusionum*
Perbenigne visu, *Nos pusilla tecum*

Esse

Esse baptisata,
Postulamus unà:
Nostra vota sume,
Ac benignus imple.
Noscitemus ut te,
Da tuis id ipse,
Cumq; pædagogis
Personare nostris,
A quibus flagella
Non velimus ulla
Sustinere, virga
Cùm tibi sit aspra.
Hac minas vagantes,
Corripis bidentes,
Devias at intra
Cogis ipse septa.
Tunde nos procaces,
Edoma feroces
Ad iugum ferendum
Robur esto nostrum:
Vita morte factus
Rex, pater, patronus,
Spiritûs Sophiæ
Esto gratiosæ:
Qui tuos sodales
Increpas, vetantes
Parvulos venire
Perfrequenter ad te.
Hinc tuum favorem
Nos in evidentem
Scimus, oris oscło,
In manûsq; dono,
Grande quod reponis
Vsq; dando nobis,
Lac tuum bibamus,
Vividiq; simus.
Sex enim bis annos
Natus, es Magistros
Disputator inter,
Dux, in AEde noster:
Quam subire nobis
Patribusq; nostris
Des ad edocendum,
Et preci vacandum.
De Fide rogati
Voce pædagogi
Hûic respondeamus
Vera, quæ sciamus.
Si quæ nesciemus,
Nosse, da, velimus
Ex Scholæ Magistris,
Patribusq; nostris,

Hosq;

Hosq3 negligentes
Excitemus ad res
Seriò gerendas,
Prolis atq3 curas.
Ipse Pharisæos
Increpans, puellos
Propter, arguebas,
Dum cani volebas
Ore nil profano,
Corde sordidato
Efferos per actus:
Hostis hîc subactus
Cedit, & subactas
Dans utrasq3 palmas,
Non tibi rebellat
Plus, tuos nec arctat.

Ergo pusiones
Daviden sequentes,
Concinamus Iam,
Quamlibet per horam.
Christus ecce nobis
Auctor est salutis:
Vota pœnitentûm
Sumit, & canentûm.
Nomen it per eius
Gratiæq3 tofus
Lotioq3 sacra,
Ex salute partâ.
Christe Sospitator
Fac tuus Sacrator
Flatus, & Parentis,
Nos coronet astris.

Forma confitendi peccata.

O sacer mystes, pater ô colende,
Nosco me sontem, fateorq3 coram
Te, Deo inprimisq3, reum sceleſti
Labe reatûs.
Namq3 peccavi malè, cogitando
Prava, in affectûs reprobivé sensûs
Famine, & facto: meritus Dei iram
Vndiq3 iustam:

Haud

Haud eum ardentis studij precatu
Invoco, haud grates meritas eidem
Solvo, nec nomen Domini *celebro*
Gratus in horas:
Ast id usurpans temerè, hoc abutor,
Proh dolor, dirâ vel in execrandi
Formulâ, iurandi etiam doloso
Corde, vel ore.
Ad sacras me nil paro conciones,
Ad Sacramenti neq; sumtionem;
Nec Ministrorum iuvo, Christiani
Rem neq; cœtus.
Moriger nil sum patribus colendis,
A quibus sumpsi generatione
Corpus, excultam studio fideli
Sêu quoq; mentem.
In meâ segnis malè functione,
Et nimis stertens statione iussâ,
Non obivi ritè vocationis
Munia functæ.
Fervidum gessi luis ex veneno
Hoc cor, ac mentem vitiositatis
Labe pollutam nimiùm, reatûs
Sive lacunâ.
Vsq; läm læsi sceleratus, & sons
Per tot & tantas violationes

Illius legis; vitio atq; culpâ
Debitus Orco.
At Dei *ad Natum fugio miſellus,*
Victimam pro me, lytron & ſequeſtrum,
Per quem ab irato genitore, ad ipſum
Provoco lenem.

Dante quo vires mihi tum ſacrato
Flamine, abſiſtam vitijs, novamq;,
Prorſus exutâ veteri, incoabo
Non malè, vitam.

Myſta tu, Chriſti *vice, nunciato*
Criminis, culpæq; remiſſionem
Propter hunc, Deo *à patre perbenigno*
Tempus in omne.

Ille id iniungens ſiquidem tibi, inſit;
Auſa donantur fera pœnitentûm
Cuîq;, quos abſolveritis reatu
Quolibet hîc vos,

In polis ſient etiam ſoluti:
Firmiter credens ego ſons quodipſum,
Poſco te, in Chriſto *reſolutionem*
A ſcelere omni.

Formula Abſolutionis.

SIt tibi Ias *propitius, tuamq;*
Firmet Fidem ipſius hanc, Amen.

Crede

Crede constanter, dubitaq; nullus
His de, professus quæ modo es.
Cœlitùs terras siquidem subivit
Emanuel sacerrimus:
Iustus iniustos sui ut expiaret
Lytro redemtos sanguinis,
Perditis ævum quoq; sempiternum
Rex Pontifexq; redderet.
Credis an verè id, tibiq; applicatum
Firma fide, frugi esse vis?
Credo, ain' ? poscoq; magis, magisq;,
Vitâ novatus, credere.
Hanc potestatem mihi dante Christo,
Tua ausa remitto iam tibi,
Teq; ab his solvo, Patris, atq; Nati,
Spiraminisq; in nomine.
Conscià pacis simul & quietis
Iam mente, domum revertere,
Et malam vita meliore vitam,
Moresvé malos muta in bonos,
Donec æterno potiarùs ævo,
Adoream per cælitum,

CATECHESIS BIBLICAE,

SACRAMENTVM COENAE DOMINI. THESIS.

ALtaris en sacri Sacramentum patet
Auctoris almi ex instituto & ritibus.
Dignâq3 sumtione Christi corporis
Et Sanguinis, sub pane, vino deniq3:
Pro commemoratione mortis ipsius,
Quam pertulit diræ crucis suspendio:
Parta salute per reatum mortuis
Mortalibus, & miserrimè deperditis:
Facta redemtione pro fidelibus
Vtroq3 sexu, ætate quavis, sorteq3:
Credendo & in Christum datorem gratiæ,
Soteriarum, gloriæq3 perpetis
Mactatus ille Agnus Dei, ob Mundi scelus,
Pro iustitiâ nobis reviviscens reis,
Vitamq3 sempiternam anastasi suâ
Reduxit: in perennè Rex & Pontifex
Communem apud Deum, Patremq3 cœlicum
Nobis adoptione gratuitâ, filijs.
Accepto Iësus pane, consecrans eum Matt. 26
Suo ore, porrigens item sua manu: Mar. 14.
Hunc sumite, inquit: Corpus est enim meũ,
Quod pro reis neci dirissimæ datur, Luc. 22

Eo Ca-

Eo Calicem *sumens modo, egit gratias:*
Omnes bibitote de hoc: *mei, inquiens,*
In commemorationem, utrumq; sumite,
Hic est Meus *Sanguis, novelli fœderis,*
Qui pro redimendis funditur lytro necis.

HYPOTHESES.

Mirabilium cunctos suorum Rex poli
Fecit reminisci perpetim. Psal. 111.
Quem *frangimus, annè panis ille corporis*
Christi *sacra est communio?* 1. Cor. 11.
Calix benedictus nonne Christi *sanguinis*
Communicatio est sacra?
Quicunq; panem hunc ederit dignè minùs,
Calicem Domini *vel hauserit,*
Reus est Herilis corporis, tum sanguinis,
Indignè edens & hauriens,
Sibi iudicium sumens bibit, dijudicans
Nil Corpus & cruorem Heri.

THESIS.

Hæc spiritalis, institutum extra rei
Et Actionis, alma fit comestio.

HYPOTHESES.

Operemini cibum, minùs qui deperit:
Vitalis omni sæculo, Ioan. 6.
Quem Filius mortalitatis conferet
Verbi repastu cœlici.

Qui cœlitùs descendit, ut Mundo daret Ib.
Vitam, ille verus panis est.
Sum panis Ego *vitæ, quem edens, nunquã esurit*
Credens & in Me, *non sitit,* Ib.
Vitalis Ego *sum panis, & lapsus polo:* Ib.
Vtens ut eo, haud queat mori.
Quòdsi quis hoc ex pane manducaverit,
Is vivet æternaliter:
Panisq3 quem dabo Ipse *pro Mundi istius*
Vitâ, caro Mea est sacra.
Amen, amen confirmo vobis hæc loquens, Ib.
Nisi éderitis carnem Meam,
Et hauseritis Meum universi Sanguinem,
Privabimini vitâ poli.
Qui pascitur Meo cruore & corpore,
Vitam perennem sic habet,
Vt eum novissimo resuscitem die
Ad cœlitum consortia.
Caro Mea *est verè cibus, sanguis* Meus Ib.
Sacer Fidelium haustus est.
Qui manducat carnem Meam, & bibit Meum,
Manet in Me, Ego *in illo, Sanguinem.*

ODE ANTE SVMTIONEM Cœnæ DOMINI. EX IOAN: AVEN:

Christe,

Christe, Dei patrisq; hominũq; Sequester eviter
Qui pro tua dilectione summâ, 1. Tim. 2. (ne,
Nostram assumpsisti massam, Lytron ut redemtionis,
Et victima esses, Ipse Christianis,
Qui memores eius fierent dubitatione nullâ:
Tuum, institutor Cœnæ es, ante agonem,
Quæ sit mnemosynon perpes, noviterq; fœdus ictum
Pro teste certo in nos tui favoris, Mar. 14.
Quo, meritiq; tui præsens ades efficacitate,
Tuâvé turmæ gratiâ fideli: Lucæ 22.
Quâ scelus omne tuis laxatur ab unicâ, resorptum
In sæculorum sæcla prepotenter,
Quové tuam mage commendes, iubeasq; passionem
Curare nobis ritè pensitatam,
Sacramenti huius mysteria Tu subordinâsti
In nocte, Cœnâ seu Tibi suprema:
A socijs digressurus necis horridæq; luctâ,
Et passionis torridæ gabalo:
Vt memori nostræ menti altiùs insidendo fixa,
Hæreret omni temporum refluxu,
Illiq; excideret nunquam tua sancta, vel suprema
Tuæ voluntas institutionis:
Sed memoraretur fidei, reverentiæq; semper
Maiore cultu, diligentiâq;,
Omnibus & numeru, dubio sine, crederetur, esse
Perfecta, necnon grata cuiq; sancto:

Testamentũ hominis siquidẽ stabilitur, & ratũ fit,
Testantis ac ex morte roboratur, Gall.3.
Nil ut ei à quoquam demi queat, adÿcivé, propter
Solennitatem Legis absolutam.
Ergo Dei Nate, *& frater pie noster, atq; Rector,*
Audi benignus vota supplicantum.
Fac, desiderio cordis, reverentiâq; in omni,
Tuâ flagremus perfrui dietâ.
Ac isthoc epulo pasci studeamus ad perennis
Viaticum ævi gratiæq; frugem,
Nonq; profanorum vitio, bona summa negligamus,
Fastidiendo aut Sacra respuamus, Matt.7.
More canumvé, suũvé datas malè proterendo porcis
Spurco ore, fœdâ calce, margaritas.
Extimula mentes nostras, Spei ut in Fide tenaci,
Tremore cordis, gaudioq; mentis,
Accedamus ad hæc obsonia nutricationis,
Christi *repastu carnis & cruoris:*
Quorum participes usu reputemur esse digno,
Securitatem citra, hypocrisimq;:
Hoc Sacramento cuivis venerabili piorum,
Donisq; in illo nil Tuis abusi,
Quæ Tu morte Tuâ conferre bonus Tuis, volebas,
Nostram reformans Spem, Fidemq; firmans.
Te panem vitæ, fontemq; salutis hauriamus,
Vbiq; præsentem modo haud capaci.

De

De patrio erga nos affectu, animoq; perbenigno
Testaris hac in sanctione diâ:
In quâ, carne tuâq; tuoq; cruore nos saginans,
Vitæ perennis destinas dietæ.
A nobis recoli meritum tuæ obedientiæq;
Vis, & fideli Christianitate.
Nos quoq; lætificas animiq; serenioris imples,
Solatiorum gaudijs tuorum.
Nos ubi vivificas, solaris, & instruis regendo:
Es vitis, è quâ palmites profecti,
Vitalem succum, fontemq; salutis hauriamus
Ebullientis culmen ad supernum.
Nostris, fac, illustratis bene mentibus supernâ
Ex luce, cuius perpes auctor es Tu,
Noscamus, qualis, quæ, quantavé spes sit illa, per Te
Ad quam vocati nos sumus potenter. Eph. 1.
Quamvé sit excellens opulentaq; magnitudo nostræ
Hæreditatis, gratiæ at tuæ, Ias. Coll. 3.
Cœlituum hîc omnem thesaurum aperis, fide pre-
Et applicatum mentis ad saginam: (hensum
Sanguinis & carnis tuæ in hoc epulo beatiore,
Hæc Ipse *cunctis verba protulisti:*
Panis Ego *vitæ sum perpetis, hucq; lapsus alto:*
Hoc pane vesci qui volet fidelis, Ioan. 6.
Vivet in æternum. Dulcissime panis ô, palato
Medere cordis per tuum saporem.

Vive poli panis, Mundi quoq3 vita, ades; cor id nî
Sanes, & omni sorde sic repurges,
Intùs & exterius quò corporis, istiusq3 mentis
Tutela præsens sis, salusq3 perpes:
Fac, tua regna petant, facie ad faciemq3 te videndo
Deum *illa patri reddita esse spectent,*
Cum quo, & Flamine, eris Deo *omnia in omnibus*
Nosq3 aggregans his perpetim bea. Amẽ. (beatis.

ALIA, Gratiarum actionis post sumptionem. ex eodem.

Grates pango tibi, Christe *ô dominator* Iësu,
Et sacer Agne Dei,
Quod Te ipsum Patri supero crucis actus in aram,
Sponte tuâ obtuleris,
Nostrâq3 sustuleris (passus pro sontibus insons)
Tempus in omne, mala:
Iustitiamq3 reis, & vitam à morte resurgens,
Reddideris solidam:
Immaculata tuo Patri in cruce victima factus
Suâvi in odore tuo.
Sive reconcilians illum tua per lytra nobis,
Crimina quæq3 levas: Ephes. 5.
Ne magis his servi famulemur: sed tibi nostro
Propitiabili Hero.
Hinc Sacramentum Cœnæ sacer instituisti
Autor & altor ita,

Vt fidei

Vt fidei pro Spe confirmandâ, illius usu,
Te recinamus Herum, 1. Corr. 11.
Pangamusq; piè, mortis tua dona beatæ,
Promeritumq; potens.
Oro, per hoc etiam, nostras iunctim quoq; mentes
Extimulare velis,
Sæpè tuo hoc ritu usi nos memoremus amoris
Tam benefacta tui,
Quàm quòd pro nobis mortem oppetieris amaram,
Supplicium q; crucis:
Vnde tibi grates grato ore & corde fideli
Servuli agamus Hero.
Teq; piâ, dignè redamando, mente colamus:
Morigeriq; tibi, Gall. 6.
Ac inculpatè vivendo, iussa sequamur
His tua temporibus:
Sin, ad peccandum pronis ab origine labis,
Contigerit cadere,
Aut vitio cordis, pravo quoq; corporis actu,
Turpia facta sequi,
Mox conversi ad te, novi in huius fœderis almam
Respiciamus opem,
Quâ resipiscentûm delictis propitiatus,
Spem facis indubiam.
Hanc etiam nobis confer, pie noster Iësu,
Munere gratuito,

Mystico ut hoc ritu iuncti, per gluten amoris,
Obsequiÿq́, tibi,
Hinc animæ robur vegetum sumamus in horas,
Pollicitisq́ tuis.
Indubitante fide nixi, solatia quævis
Firma feramus ab hinc,
Conscia mens pravi, ne fòrs horroribus Orci
Territa, dispereat:
Sed recreata poli promissis sedibus, ipsas
Scandat ab exilio.
Ne patiare tui nos à compage revelli Ephes. 1.
Corporis exanimes.
Agmineq́ Electi gregis, à te nomen habentis,
Cuius es ipse caput
Omnia perficiens in membris omnibus acta:
Fac tua regna sequi,
Nosq́ manere in eis, tuo & in Sermone: perosi
Crimen, amando decus,
Hocq́ Sacramento dignè da vivere: victis
Dæmone, carne, Styge,
Colluvie pariter Mundi, per parta triumpho,
Christe, *trophæa tuo,*
Daq́ tuæ nobis mensæ, non dæmoniorum
Participes fieri:
Qualia, tunsa molis, frumenti granula fiunt
Panis, ediq́ solet,

Confusè aut botris expressum acinisvé, merum sit,
Ebibiturvé cadis:
Nos ita corpus idem permulti, tum cibus idem,
Panis itemq; sacer, 1. Cor. 10.
In commune bonum meritis communiter usi
Participemus uti,
Pane omnes pasti te uno, tum carne repasti
Atq; cruore tuo.
His nos unanimes Dilectio mutua pungat:
Membra liget Capiti.
Id velut est cæsum pro nobis, propter id & nos
Nil dubitando mori,
In causa fratrum toleremus flagra necemvé,
Res ubi poscat ita,
A te nunquam obitu, vitâ neq; dissociemur:
Depositis odio,
Livore, irâ, illis mittamus debita, nobis
Tu quia missa facis.
Vitando sectas, te, fac, veneremur in almo
Agmine Christiadûm:
Fac, in sacrato ritu hoc, hæc actio nostræ
Sit nota tum fidei,
Tum sortis fratrum communis ubiq; locorum,
Relligione sacrâ:
Sit nervus publico conventu, Evangelijq;
Sit seges alma sono.

Aufer multiplicem passim Cœnæ huius abusum,
Da quoq3 Christigenis
Omnibus hac uti rectè, dum veneris æquus
Censor utroq3 gregi,
Præmia constituens iustis bona, sed mala iniquis;
Hinc Stygis, inde Poli,
Nos memoresq3 Tui modò, tum post fata, redu-
In tua regna, bees, (ctos
In mensâq3 tuâ dones accumbere iunctos
Ordine Cœlitibus,
Et gustare tui succum patris, & frui in ævum
Vultibus omne tuis.

MONODIAE BOHEMICO-latinæ in Cœnam DOMINI.

I.

Otče Boże wssemohaucý.

O *Pater rerum,* Iehova,
Qui tuum das carne nostra
Filium, nobis, amictum,
In salutem Christum Iësum.
Is polo descendit ad nos
Morte perpeti levandos
Proprij lytro cruoris:
Huius, ac illius arris.

O care

O caro divina Christi,
O fideli gazamenti:
Recreatio piorum:
Palma conscientiarum:
Tuq; sacrosancte sanguis,
Dæmonis victor iacentis,
Nos serenes expiatos,
A reatibusq; lotos.
Visites nos tu subindè:
Cordibus lumen refunde,
Flaminis dono sacrati:
Vt queas ubiq; nosci.
Criminum, fac, pœnitentes
Anteactorum, fatentes
Nunc ut illa defleamus,
Et Fide vitam novemus.
Inq; nostrâ morte custos,
Subleva per te redemptos,
Ne pavescamus Satanam,
Largiaris, Christe, tum iam.
Dum redibis Censor altus,
Sis parens tuis benignus:
Morte sontes innocente
Tu pia, cœloq; siste.
Cœlico laus sit parenti,
Eius & Nato perenni:

Vtriusq;

Vtriusq; laus sit Auræ
In pari divinitate.
Cêu fuit quovis ab ævo,
Sic in hoc sit, & futuro.
Corpus & poclum cruoris
Liqueras arrhâ salutis.
Per tuam te passionem,
Criminum remissionem
Poscimus, ne perpes ignis
Excoquat nos, Christe, *faxis.*

II.

Dĕkugeme tobĕ mily Pane.

PAngimus grates tibi perennes,
Rex, ac benigne plastes
Pro gratia tuâ in nos
Sontes, reosq;, servos.
Tu creatis omnibus sub æthra,
Præfers homuncionem,
Tuâ tuendo dextrâ,
Relinquis haud eundem.
Liberalis omninò tuorum
Patronus es clientum:
Bonis, malisq; Solem
Servire das, & imbrem.
Ortus exors, finis expers,

Et per-

Et perpetim locuples:
Victum solo reducis,
Ac universa pascis.
Man *Hebræis Axe depluisti*
In avijs eremi:
Iam das cibos salubres,
Auroq́ prævalentes.
Hinc inauditum tamen cùivis,
Discrimen est: Apellis
Man *cœlicum dedisti,*
Nos, te cibo, beâsti.
Christe, *panis vive, da frui te*
Nobis piâ subinde
Devotione cordis,
Ac puritate mentis:
Vt queamus hoc potu, cibóq́
Vti modo decente
Honoris, ac amoris,
Viaticiq́ iugis.
Gratias Deo *pangamus unà*
Qui charitate summa
Nos Carnis & Cruoris
Pascit sui medullâ.

III.

Dýky Bohu wzdayme Králi Nebeskému:

Grates

GRates Deo demus principi polari,
Qui suâ donat nobis benignus carne cibari,
Necnon repasci poculo cruoris
Nos finit almi.
Hinc singuli sonemus : cordis huîc & oris,
Gaudij sub lætioris, apta mentis
Iubila demus.
Te nos Dei parentis Vnicam Sophiam,
Ac ei parem laudamus & coævam
Fineq; cassam,
In cantibus sonoris : plausibus decoris
Pro tuâ, Rex, in nos charitate,
Tum pietate.
Ac opus peractum quodq; dum sit ipsum
Lege quod iubes agi sacratâ
Christe, fac ultra.
Simus piè modesti, Nilq; fastuosi,
Frugi minùs quidem servos professi
Nos tibi Regi.
Astant tibi sedenti Cœlites beati,
Plausibusq; perpetim resultant
Laudeq; certant,
Carmen occinentes, atq; personantes
Voce ternum Sanctus Vnitrino
Perpete regno.
Fac, ut tui fideles, Christidosq; stirpes,

Gratiæ

Gratiæ tui favoris auram
Obtineant iam.
Nobis bonum peroptent Esse te parentem,
Ad precem tuæ perefficacem
Progeniei. Amen.

IV.

Pan Gežíſs lidu wěrnému/ Mage:

Rex Iěſus *Chriſtianis,*
(Regna ſcanſurus Parentis,)
Liquerat Menſam ſalutis.
Credit hoc quivis piorum:
Cœtui væ perfidorum,
Poſt Phaſe vetus peractum,
Arrhabone ſub relicto,
Pane ſumto, pane fracto,
In ſuoſq; diſtributo;
Sumitote, dixit Ipſe:
Eſt meum nam Corpus hocce
Vos alens in morte, vitâ.
Poculum ſumit deinde,
Ac mero replens abundè;
Proprioq; fatus ore,
Dicit, ex hoc ſumitote
Poculo cuncti ſubinde.
Hinc meo pœſti cruore,

Ac re-

Ac recordantote noſtri
Perſolutione lytri
In redemtione veſtri.
Sumit id qui non utrumq;
Ex Herili iuſsione,
Perpetem formidet orcum:
Qui Deo *párent fideles,*
Hanc edunt cœnam, velut res
Poſcit, hi cœlum ſubintrant.
Laus Iæ *ſit* VniTrino
Omnium patri ſuperno,
Filio, Spiraminiq;.
Eius en conceptione
Efficax hic, in puellæ
Matris alvo, Chriſton *édit,*
Corde mundo geſtiamus
Vt queamus uſq; paſci
Carne, tum cruore Chriſti.
Cêu reliquit ipſe nobis
Frater & rex adminiſtris
In ſui favoris arrham,
Per ſuam necem det idem
Tam ſui fruitionem,
In polis quàm manſionem.

V.

Kryſtus wěčne radoſti.

Chriſtus

CHristus perennis ævi
Perliberalis autor,
Id largiens cuivis fideli,
Arrâ necis, fit altor
Carne, tum cruore.
Dat in cibum seipsum
Pijs, & immolatur:
Hoc maius haud habendo lytrum,
Quàm morte dando vitam
Hancce per dietam.
Scrutamen omne cesset
Ex hæsitatione,
Mutatio fiat hîc quæ
Sola suppleat fides
Quod præhendet haud mens.
Mutêsce, nec requirè
Arcana scïscitando,
Ne gloria Dei premâre:
Eum Fide videndo,
Excolas canendo.
Res hîc latent peramplæ
Divinitatis almæ
Mysterijs valdè sub arctis
Mentiq3 corporiq3
Pastibus salutis.
Hic gratiæ benignus

Largitor

Largitor ipse Christus
Nil quempiam magis vult,
Quam pœnitente vitâ,
Hac frui dietâ.
Nobis tuam ministris
Rex Christe *gratiam des,*
Opemq; conferendo præstes,
Tua fruendo cœna,
Vt petamus astra.

VI. M. IOH. HVSSII.

Gezu Kryste sstědry Kněže.

O Christe Iesu *Pontifex*
Cum Patre, Flatu, die Rex
Nobis patent opes tuæ *Gratiosæ.*
Præsens ades nobis tuâ
In carne, perpessus flagra
Pro sontibus insons, es lytrum Gratiosum.
Tu nos benignus incolis,
Cotidianus unde fis
Pastus: cibo te das frui *Gratioso.*
Ingens Dei *benignitas*
In nos patet hinc, & Charitas,
Cum carne quòd det sanguinẽ Gratiosum.
Tu nos ab ævo diligis,

Et man-

Et manducare iam facis
Corpus Tuum cum sanguine Gratioſo:
Quem corde diffuſum tuo
Haurire das omni pio,
Cuî tu redux vitæ cluis Grarioſæ.
Permulta largiris piè
Amoris æſtu non ſine:
Magno tibi nos æſtimas Gratiosè.
Vnitus es nobis ita,
Vitâ pijs ut redditâ,
Mortem domares funere Gratioſo.
Emptor profectò prodigus
Fis, de gabalo pendulus,
Nos ſoſpitas tuâ nece Gratiosâ.
Eius rei pro pignore
Permaximo, præbes tuæ
Cœnæ tuis obſonia Gratioſa.
O gratiam iugem tuam:
Huîc væ, cupit qui nil eam,
Tuum cruorem nec ſitit Gratioſum.
Hêus Chriſtiani ſurgite,
Valeq; culpis dicite,
Chriſtiq; Cœnam ſumite Gratiosè.
Vobis dari depoſcite
Illam, fideli pectore,
Novamq; vitam ducite Gratiosè.

Affixe

Affixe pro nobis cruci
Agnelle, Iesu Rex, truci
Sis servulis fidelibus Gratiosus.
Christum canendo principem,
Vitæq; iugis vindicem,
Cœnâ fruamur illius Gratiosè.
Hinc liberati cladibus,
Virtutis almæ fructibus
Donemur ævo perpetim Gratioso.
Laus sit Patri, laus Filio,
Spiramini laus inclyto;
Laus VniTrino & actio Gratiarum.
A sæculo qualis fuit,
Est nunc, deinceps aut erit
In sæcla finis nescia Gratiosi.

VII.

Buď Bohu chwala čest:

LAus honos Dei sit nomini summè celebran-
Ex gratia perenni, (do
Filium quòd unicum dedisset Orbi,
Agnus insons mortis reas uti bidentes
Arâ crucis piaret: Rep:
Vt Dei favor nostram necem diffugaret,
Verus ardor & flagrans neci velut par est:
Semper in nos ô Charitas ingens.

Hic

Hîc sui laboris, & favoris arrha quò foret
Certa veri corporis
Et cruoris exhibendi Christianis
Ipsius per usum tam constitutionis
Veritate quàm suâ. Rep:
Nemo nostræ gentis unquam fatus, audijt,
Vt Deus præsens Pijs, in Orbe degeret,
Sicuti tu Christe degis in tuis
Hîc suo principi serviunt lætanter Angeli,
Quem piè colunt Pij
Vsibus dignis Cœnæ sacratioris,
Panis in cotidiani pastibus sacris,
Poculoq; sanguinis. Rep:
Fac, Deus, tuam nos amare veritatem,
Quam vel indignis, dedisti nosse iam tandem:
O amor Dei, nos in, ardens.
Fac, sequamur hîc te nos Gratiæ largum favorem,
Pœnitentes ut probè
Expetamus congruâ devotione,
Hîc tuis, repasci carne, necnon cruore,
Exequendo quæ iubes. Rep:
Laus Deo, Parenti digna sit supremo
Ipsiusq; Filio, Flaminiq; sacro
Trinitatis unione maximo.

CATECHESIS BIBLICAE,

NOBILISS: ET LITERATISS: IN BOHEMIA familiæ VVRZESSOVICIAE, &c. columini, SEBASTIANO à VVRZESSOVITZ, Dn. Tauchovicij, Kystræ, & VVoboræ, &c.

Th: Mitis Lym: S. D.

AD te redit, Sebastiane VVresſvici,
Postliminio velut data;
Catcheſis hæc Bohemicæ Monodia
Dicata recens tibi & tuis
A Mite iam dudum cliente cognito.
Hanc mente lenis ſumite,
Quâ nempe vobis nunc ab ipſo traditur
Tradenda per vos cæteris,
Terendaq; hinc vel ſingulis acceptior,
Quòd metra noſtris rythmica,
Reddat latinorum metris accommoda
Pro gloriâ Iæ: uſu Chori,
Tenore vocis uſitato ſimplicis
Noſtratibus, in Templo & Scholâ.
Ad quod ſtudium me, frater, ut nôſti, tum
VVaczlavus antea excìt,
At veſter ille cognitus planè favor
In me, meosq; compulit;

Quatuor

Quatuor librorum ut bis duas appendices
Catechticæ Monodiæ,
Vestræ domûs stirpi dicarem nobili
Multisq; claræ seculis
A religione puriori, & litteris,
Virisq; fœta Heroicis,
Ilburgo, *item* VVolfgango, *in hoc qui Re-*
Supremus en Notarius; (*gno erat*
Vt nunc sileam fratrem tuum iam mortuum
Toriæ, at polo superstitem.
Flatûs is instinctu sacri, me mititer
Non abnuentem, perpulit,
Hanc sumerem in manus Monodiam meas,
Hanc continuatamq; éderem.
Hæc quomodocunq; mî absoluta, publicam
Lucem secundùm iam videt:
Patrocinij at vestri bono sub nomine,
Ductoreq; Christo & auspice;
Cuî primitijs decus sit ex his debitum
Deo, *Patri, tum Flamini,*

Pragâ Veteri, ferijs S. Vitî,
An: sal: 1587.

EPITAPHION SYMBOLICVM ET dialogicum HESTERAE Berzcoviæ à Sſebirovva, pijs: & caſtiſs: coniugis SEBASTIANI VVrzeſſovicij ex Daubravio monte, &c.

(Vixit illa an. 57 ſuſtulitq; ex marito ſeptem Mares, Adamum, Vilhelmum, Sigiſmundum, VVolfgangũ, duos Ioannes Ilburgos, Venceslaum Bernhardũ: Fœmellas vero ſex, Ioannam, Zophiam, Annam, Ludomillas duas, & Iohannam Annam.)

HESTER.

MOrtua cũ ſanctis Matronis Heſtera, ſtirpis
Berzkoviæ à Sſebirovv, hoc tũulo tũulor.
Non omnis tumulata tamen, quia mente ſuperſtes
AEternum Chriſti vivo recepta ſinu:
Vivo in prole meaq;, meriſq; nepotibus: addar
Matribus his etiam, quæ pietate Dei,
Progeniẽ pariunt perhoneſtã, & morte relinquũt
Cultricem pro ſe, tempus in omne Deo,
In cuius nomen ſacro baptiſmate tincta,
Chriſtigeni cœtus pars quotacunq; fui,
Servavíq; fidem Servatori Crucifixo:
Hoc reditum ad vitam præſtolor ergo novam,
In qua te, noſtra cum prole, videbo, Sebaſte,
A Chriſto exceptum, poſt pia fata, polo.

SEBASTIANVS.

IPſe etiam meritis Chriſti conſiſus Ieſu
Liber & hoc itidem carcere corporeo,

Illã

Illi vivam, illi moriar, pariterq; resurgam,
Instar ad illius, corpore glorifico,
Necnon huic animæ coniuncto rursus, ovabo
Inter Cœlitum, sæcula cuncta, choros
Quamprimùm id faxit Genitor cœlestis & idem
Cum Nato, & sacro Flamine, numen idem.

EIVSDEM PHALAECI IN STEMmata VVrzessoviciorum, &c.

CVî Titania promicat bicornis,
Et ornat clypeos vetustiores?
Gentis VVrzessovicæ celebritati,
Quæ cum nobilitate litteratâ
Culturam Sophiæ utriusq; iungit,
Linguarum studio potens & armis.
Hinc, Phœbe velut inter astra, cultu
Fulget, conspicuo domi forisq;,
Ericæq; comantis & fragrantis
Instar, Hercinium nemus coronat.
Ac ut floreat & magis coronet,
Sit fulcri vice Patriæ labanti,
Sit regno decus, & nitor Bohemo,
Sit lux & columen domus paternæ,
Cui Titania promicat bicornis,
Et ornat clypeos vetustiores.

THOMAE MITIS LYM: Catecheſis Biblicæ,

ODARVM ET MONODIARVM Bohemicolatinarum, Lib. VII.

Miſſus
AD DISTRICTVVM REGNI Boh: Slanenſis, Zatecenſis, Lidomericenſis, Glatovienſis, Domazlicenſis, Prachenſis cùm Raconicenſi, &c. ſodalitatem literatam hac compellatione:

INſigne munus eſt Dei *ter maximi,*
Ac ſempiterni, vocis aptæ Muſica,
Quæ cantibus pijs illum piè excolat
Sub uniſono vel conſono meli tono.
Laudabilis Ias, *eſt celebrandus loci*
Vbiq3: Plaſtes, Soſpitator, & Sacrans,
Iam p:: datis, dandisq3 donis & bonis
Quæ ſerviunt Eccleſiæ in Republica,
Communeq3 provehunt decus vel commodum
Pro ſublevandis, mente necnon corpore
Amb:rum ad hæc, neceſsitatibus.
Cùm præſtet id, Bohemicolatinaq3
Melodia hæc odis retexta rythmicis
Laborioſiùs quàm quiſq3 forſan dixerit,

Nedum

Nedum rei periculum ipse fecerit,
Eam tibi, à me nuncupatam suscipe
In testimonium meæ observantiæ
In te, voluntatisq; semper debitæ,
O litterata & grata mî Sodalitas,
Et utriusq; Musices (Poëticam
Et harmonicam dico) parens, cultrix item.
In te duos non ultimos, Lupacium
Anno hocce, Crinitum priori amisimus
Si non, tamen Christi in scholam præmisimus,
Ipsos brevì nos insecuturi quoq;,
Postquam talenti poscet usum creditor
Ab evocatis morte vitam ad cœlicam.
Hac donet ille nos, caduco è corpore
Vbi migrabimus supernas in domos:
Vbi Redemtorem videbimus tum plenius
Tum rectius, quàm pensitamus hoc loci,
Vitæ dolores, & labores plurimos
Illius, aut quàm promit hæc Monodia,
Similis vel ipsi possit unquam promere:
Vati Esaiæ cêu succinens Apostolus,
Doctorq; Gentium Pÿs sic buccinat:
Nunquam hic oculus conspexit: auris audÿt,
Aut mens hominis percepit ullo sensuum,
Quod præparavit Ias almus gaudium,
Et gaudÿ solatium sub perpete

Vitâ perennis Patriæ in cœlestibus,
Sêu totius perennitatis Musicâ
Inter beatorum choros, cessantibus
Ibi cæterarum disciplinarum artibus.
Valete felices, Amenq; dicite,
Psalmodiâq; Hymnodiâq; pangite
Christum Dei Agnum: *ei hîc nunc psallite,*
Olim sequaces eius illic, ut sacris
Iuncti Angelis, sonetis gloriam.

Pragâ Veteri festo S. Ioannis
Baptistæ, An: sal: 1587.

IN EASDEM, STEPHANVS Aychlerus ab Aychempaum. C.

QVæ patrio cecinêre pij sermone Bohemi,
Antiqua gens cultu Dei,
Omnibus hæc Thomas Mitis *communicat orîs,*
Instante VVresovicio.
Ob Christi *vitam, cuî cuncti vivimus, unà*
Vivent metrorum hæc cantica
Vos ô Czechiadæ, modulisq; assueta Latinis
Locorum ubiq;, natio,
Audite & canite hos Hymnos, Christiq; *Magi-*
Vestigijs insistite. (stri

THOMAE

THOMAE MITIS ODE RYTHMICA IN VITAM CHRISTI, CVM applicatione peculiari beneficiorum ipsius.

I.

NVnc omnis ætas, natio,
Et Christiana concio
Christi *diem, vitam, fidem*
Canat per orbem triplicem:
Christe, *inquiat*, Rex cœlice,
Imanuel *& unice,*
Ac Pusio Nobis sate,
Filiq; Dei *Nobis date.*
Conceptio Tui unius
Aurâ sacrati Spiritûs,
Almæ *per aurem in viscere,*
Me concipiat tibi Fide.
Nativitas *mihi* Tua
In nocte, brumâ, harâ algidâ,
Chaos fuget, gelu arceat,
Mentem novet, cor excoquat:
Cruenta Circumcisio
Sit Legis Absolutio:

Vtrinq; secet præputium
Novatione sensuum.
Vitale *tibi* Nomen *datum*
Per Gabrielem nuncium,
Me sublevet durâ cruce,
Ac servet in vitâ, & nece.
Cultûs Magorum munera,
Ex thure, myrrâ, auro, Tria,
Doni tui per gratiam
Ditent egestatem meam.
In AEde præsentatio
Sistat parenti me tuo:
Sit Simeonis Canticum
Morte in mea solatium.
Prælonga in AEgyptum Fuga
Det, à te ut haud sim transfuga
Ad castra Mundi, Dæmonis,
Et Carnis, & Inferæ luis.
Ad Nazareth reversio
Me cœtui reddat pio:
Securet ereptum hostibus,
Et universis pestibus.
Emansio in Templo, *haud sine*
Doctoribus ac examine,
Ovi repertæ pabulum
Mihi præbeat, unde q; hausulum.

Baptisma Tuum *sacret meum:*
Cor labe purget oblitum:
Aquâ renatum & halitu,
Ecclesiæ abdat me sinu:
In solitudinem à sacro
Tua *Spiritu* Deductio
Subducat huîc me sæculo,
Et sæculi contagio.
Ieiunij actio tui,
Quæ perficienda est nemini
Mortalium, carnem hanc premat,
Quò flatui morem gerat.
Tentatio triplex tua,
Repulsioq; fervida
Tentantis, & tentaminum,
His me illo & eruat Tuum.
Ad te Angelorum accessio,
Qui serviant *homini* Deo,
Refrigerium sit æstuum,
Crucisq; meæ gravaminum.
Verbi tua Prædicatio.
Evangelijvé concio,
Horrore Legis territo,
Fiat mihi recreatio:
Apostolorum Electio
Bis sex, *ad hæc* Vocatio

Septem decies *sodalium*
Sit mi hospiti hîc, viaticum.
Firment Fidem meam tua,
Non facta semel, Miracula,
Potente voce & dexterâ,
Vt sint meæ spei anchora.
Illa inter ex primordio
Aquæ in merum mutatio
Sortem malam mutet bonâ:
Mortem vel hanc vitâ alterâ.
Saturatio complurium
In vastâ eremo, millium
Pascat laborantem fame
Macrumq; animâ me & corpore.
Claudorum *item* levatio
Et gressuum directio,
Vitare prava det mihi,
Et iusta amore prosequi:
Surdarum apertio aurium
Agmen ministret virium,
Quibus tuam vocem hauriam,
Ipsoq; facto adimpleam.
Cœcorum *at* Illustratio
Fiat mihi testimonio,
Te quòd sine, nox, & diritas
Sim totus, atq; cœcitas.

Sanatio

Sanatio Lepræ tua
Sanet luem mente in meâ
Fœdo reatu sauciâ,
Gravíq; conscientiâ.
Loquela mutis reddita
Confessione debitâ
Mihi det eloqui tua
Tum Scita, tum præconia.
Expulsio acris Dæmonum
Expellat adversarium
Tam mentium, quàm corporum,
Obsessâ ab aula pectorum,
Omnis *quoq;* ægritudinis
Levatio *mirabilis*
Me languidum levet malis
Ab omnibus, & periculis.
Resuscitatio Trium
Emortuorum corporum,
Vt Naimensis orphani,
Cum Filiâq; Iairi,
Resuscitato Lazaro,
Iam quadriduano & fœtido,
A morte secund: liberet
Me: liberatum sospitet.
Ingressus Vrbem Regius
Conscenso asellulæ Tuus

Acediæ & Superbiæ
Destructio fiat meæ.

Iectio Vendentium
Tuâ domo, ac Ementium
Faxit, fugiam Mundi lucra,
Sed appetam cœlestia.

Iam, Proditoris pactio,
Iudæq; strangulatio,
Me proditorem olim tuum
Tibi nunc reponat servulum:

Postrema Cœna *cum tuis*
Confratribus fraterrimis,
Invitet ad convivium
Epuli sacrati mysticum:

At Lotio Pedum tua,
Extersioq; vivida
Et intùs, & extra me lavet,
Lotumq; culpis expiet.

Beata Mensæ Pastio
Tuæ, *mihi refectio*
Sit carne tuâq; & sanguine:
Mundi is lytron est pro crimine.

Instructio Discentium
Perpes studium fiat meum,
Quo mente verser in polo,
Sim donec hospes in solo.

Oratio Prolixior
Et spiritu ferventior,
Gestuq; vultûs cernui
Documenta det tuo mihi:
Sudor Cruentus *deniq;*
Malam voluntatem bene
Refrenet: iram mitiget,
Ne litigiosa cæspitet.
Soporis Excitatio
Apostolorum, *cor tuo*
Hoc oscitans sic excitet,
Preces ut inter excubet.
Captiuitas *porrò* Tua
Nexûs mei exsolvens iuga,
Det exoneratus crimine,
Sim liber ab Orci tormine.
Negatio Petri, *in atrio,*
Annas, tuo, & vultu pio
Respectus in illum, recreet
Ad te reversum me, ac beet.
Apud Caipham, Testium
Abominanda Falsitas
Mihi sit absolutio
In Conscientiæ foro:
Sit aulâ in Herodis, Tuum
Opprobrij Silentium

Meo

Meæ rei, meæ ſpei
Baſisq; fortitudini.
Conſciſſio flagris tua
Caſtiget intentum ad mala:
Vt ſufferam notorias
Ex fraude, viq; , iniurias.
Inauguratio Tui
Spinis Coronâ nexili,
Sceptroq; vili arundinis,
Columna probris ſtet meis.
Iniquitas ſententiæ,
Damnationisvé impiæ
Tui innocentis ad necem,
Sontis tibi, adiutet precem.
Pondus, *labas ſub quo*, Trabis,
Meis levamen in malis
Sit, ne quid illis cederem:
Audentior at reſiſterem
Tibi Veſtium detractio,
Hinc ſortium proiectio,
Nudum boni, me veſtiat,
Ac expilatum repleat.
Affixio Cruci tua
Manus, pedes, & brachia
Expanſa: fixum haſtâ latus,
Et fuſus hoc cruor tuus,

Mundi sit omnis lotio,
Et parta mihi redemtio,
Dimissione criminum
Nunc, & per omne saculum.
Iudaica Insultatio,
Et facta subsannatio
Tibi omnium in cœtu ordinum,
Mihi omne terat convitium.
Tuæ *pia* Commendatio
Matri Ioanni, & Filio
Eius futuro postmodùm,
Suffulciat montem meum.
Latronis, *in tuam fidem*
Receptio *ob fidam precem,*
Det, particeps sim gaudij
Ipsius, & solatij.
Siticulosa potio,
Cum felle aceti mixtio,
In me sitim tui excitet,
At te in mei amorem concitet.
Perfecta Consummatio
Tua omnium, *quæ missio*
Patris requirebat Dei,
Sordem vitij absumat mei.
Tua *in cruce* Expiratio,
Tuæq; Restitutio

Animæ

Animæ paternas in manus
Postremus agon fiat meus.
Compassio Rerum *suo*
Tibi creatori ac Hero
Devotionem suscitet
Mihi, corq; confractum integret.
Cadaueris Demortui
Subductio *è furca* Tui
Subducat in me vim luis,
Huc transituro, ubi tu cluis,
Vultusq; lividus Tibi
Nævos retergat hos mihi,
Quos culpa parentum, quos mea
Contraxit atrâ sub notâ.
Tuorum inunctio artuum
Obtectioq; vulneram
Inungat & me, & obtegat
Meritoq; tuo communiat.
Bustum *recenter saxeâ*
Ex mole succisum, bonâ
In spe beatorum statûs
Me condat, & ad te hinc transitûs.
Stygis insuper Destructio
Ac *inde* Patrum Eductio,
Educar hoc, det, corpore,
Reddarq; cœli patriæ.

Resuscitatio

Resuscitatio Tua
Ex Morte, *dierum tertiâ,*
Anastasi me destinet,
Ac iustificatum sospitet.
Cor Magdalenæ fervidum,
Et os ruens ad osculum,
Me languidum, me frigidum
Firmet tibi, & urat obvium.
Fraternitatis Nuncius
Tecum Patris, ac Dei *unius*
Sit adoptionis filio
Communis, & fratri tuo.
Apostolis Ostensio,
Nec una consolatio
Fax mente sit in meâ, chaos:
In morte, vita, & notio.
Thomæ hæsitatio in Fide,
Confessio ipsius quoq;
Præstet, Professus te meum
Herum, abnegē nunquā Deum.
Tua ad Polos Ascensio.
Dextræq; Patris Possessio
Sit mundicli in prælio.
Cordis mei exultatio
Mœror tuorum de tuo
Hinc exitu, *solatio*

Fiat

Fiat mihi, inſtet altero
Quòd vita perpes ſeculo.
Flatus ſacrati miſſio
Linguis in igneis, *pio,*
Degentium unà, cœtui
Spiret meo auram flatui.
Dies ſupremi Iudicî
Exterreat pectus mihi
Vt præſtoletur te patrem,
Non experiatur iudicem:
Nec hauriat auris triſte Abi,
Sed audiat lætum Veni,
Et regna pijs meo à patre
Parata ab ævo, æternùm habe.

Nunc omnis ætas, natio
Et Chriſtiana concio
Subiungat Amen: *Laus ſit* Deo,
Vni, Patri, Aurę, Filio.

II.

VOTI PRO CHRISTIANItate.

REx ſupreme poli, ſali, ſoliq́,
Totiusq́ parens Benignitatis,
Da nobis ſoboli tuæ, precamur,

Sancti

Sancti Evangelij pios ministros,
Rectoresq; Fori, Scholæ, domûsq;
Fidos ex Benedictione diâ,
Quæ sanctos locupletat una cœtus,
Servat, multiplicat, fovet, serenat:
Da cunctis hominum piæ cohortis,
In toto orbevé Christianitatis,
Sacrum pneuma, tui favoris arrham,
Nobiscum venerentur, invocentq;
Verum Te sibi & unicum Iehovam,
Missum cœlitùs hucq; Christum Iësum:
In quem omnes fidei professione,
Necnon glorificatione iugi
Eius nominis, ac necis beatæ,
(Mundo, crimine, carne, Satanâq;
Victis undiq;) cœlitum beata
Inter gaudia, consequamur astra:
Nimirum merito, Tuaq; lytro
Condigno Sobolis, Ducisq; nostri,
Qui Spiraminis unione sancti,
Tecum Rex superat, Deusq; verus,
Ac unus deitate sempiternâ,
Trinus nomine sed cluit cluetq;,
Personis tamen in tribus, per ævum.

III.

IN

CATECHESIS BIBLICAE,
IN CONCEPTIONEM, ET Nativitatem CHRISTI.

Ex Heresbachio, ut reliquæ etiam, tribus exceptis.

O Præpotens rerum Deus,
Parensq; sempiterne,
Qui noctis humanæ chaos
Illustre reddidisti
Incorporati lumine
Verbi tui beato,
Terrisq; misso Semine
Sæclis tot expetito,
Da, cuius hîc mysterijs
Lætamur & beamur,
Isthîc tuâ præsentiâ,
Et luce perfruamur
Post huius ævi transitum
In patriam polarem:
Per Filium Christon Tuum,
Ducemq;, Herumq; nostrum,
Qui par Tibi & Spiramini
Triumphat omne in ævum.

IV.
IN CIRCVMCISIONEM.

PArens supreme, qui datas inter tuo
Promissiones Abrahæ,

Et ipsius

Et ipsius tàm corporali germini,
Quàm Christiano semini,
Icto recepisti benignus fœdere,
Deum & Patrem Te ipsis fore,
Istudq; Circumcisionis tesserâ
Vtrinq; consignaveras:
Vt Iustitiæ fidelis esset vinculum
Inter Te, & horum posteros.
Pro Conscientiæ foro, & fiduciâ
In Semen illud Fœminæ,
In quo fideles omnium omnes gentium
Erant benedicendæ unico:
Quod Christus est Iesus ille Messias
Mundo receptus, & datus.
Is nil egens, opusvé habens eiusmodi
Legis sacratæ ritibus,
Signové Circunctionis, crimine
Cassus, subivit hanc tamen
In testimonium, vetus quòd lex data
In monte Sinâ, stirpi Abrahæ,
Implenda pro cunctis, sibi esset perpetim,
Et abroganda per lytron,
Quo Iustitiam reis daret, demortuis
Vitam, salutem perditis:
Fac Christianitas Tibi omnis serviat,
In omnibusq; pareat,

Qui,

Qui, teste Apostolo, dedisti Filium,
Cursu peracto temporum,
E fœminâ satum citra omnem noxiam,
Obnoxium legi tamen:
Cuius iugo ut subactos ipse solveret,
Iustus reos videlicet,
At filios adoptione, eos tibi
In gratiam reponeret:
Huius memores tam fœderis, quàm muneris
Nunc invocando te Patrem,
Ponant sui omne pectoris præputium
Baptismatis almo gurgite:
Per Christi Iesu *gratiam, prolis Tuæ,*
Nostri ducis arrâ Flaminis.

V.

FESTO EPIPHANIORVM.

ILluminator universarum, Deus,
Et pater omnipotens in orbe toto gentium,
Qui sacrâ in hac die, sacri ortum Messiæ,
Exoriente novo, Magis revelas, sidere,
Sacroq; Filij in tui baptismate,
Asseris ore tuo, natum ex Te, *& unctum Flamine.*
Illius apparitio accitis Tibi
Gentibus, exhibuit fidele testimonium.

In Io-

In lotione Iordanis sacri vado:
Huius, at innocuæ formâ, caput supra, alitis,
Fulgore lustret luminis novo tui
Pectora nostra, velut tribus Magis lustraverat,
Qui Bethlehemæ Messiam inventum casâ,
Excoluêre dato tres trino eidem munere;
Tecum unius divinitatis particeps,
Prodigijs itidem claravit Orbi cognitis:
Quorum fuit princeps aquarum versio
In mera: sed reliquis id insecutis pluribus:
Fidem Spei Dilectionisq; in tuis
Fac solidam patria tui favoris gratiâ: (*Herus*
Per Christum Iësum, *qui* Tua *est proles;*
Noster, itemq; Deus *perpes sacro cum Spiritu.*

VI.
IN PRAESENTATIONEM CHRISTI.

PRæpotens rerum Iehova,
Tuam benignitatem
Supplices tui precamur
Greges, supreme Pastor,
Vt tuus cêu carne sumptâ
Ex matre gnatus Alma,
Sistitur Tibi AEde *sacrâ,*
Mundi Redemtor almus;

Sic ei sistas ibidem
Nos puritate mentis,
Dono & eius des habere
Vitam polis in altis:
Per Tibi *Prolem coævam*
In Vtriusq; Flatu.

VII.

FESTO COENAE CHRISTI & lotionis pedum: ex S. Cypriano.

CLementissime mi Magister & dux,
Cœlestisq; tui vera propago patris,
Transgressor quoties ego malignus
Contempsi Legis iussa sequenda tuæ,
Nec ad te redij, asper evocanti:
Sortis securus, mortis & impavidus.
In cœlum hinc reus, ac rebellis in te,
A te uno veniam posco, reposco miser.
Indigno hanc dare dignus es mihi tu,
Qui patris in miseros viscera larga geris.
Quis sordes animæ reterget huius?
Quis patrum facinus tollet, itemq; meum?
Humani generis redintegrati
Tu pie Servator: tu sacer Agne Dei.
Ipsum me nequeo piare culpis:
In totum labes, heu, vitiosa animis.

Solum

Solum me haud valeo lavare: totus
tra, intùs pariter sordidus & rigidus:
Ortu, sensibus, actioneq3 ipsâ
tiusq3 luis pestilitate scaber.
Tuum ne mihi denega lavacrum,
xtersoq3 tuâ sindone, fautor ades:
Cœnâ ut participem tuâ decenter,
ommemoremq3 necis maxima lytra tuæ.
Mensis accubuit tuis Iüdas,
uccellamq3 tuis sumpsit ita è manibus,
Hoc excluſus is ut foret lavacro:
oſpitium Satanæ factus avaritiâ,
Oblatâ unde ſibi excidit ſalute
octorisq3 & Heri proditione ſui,
Privatusq3 ſacrato epiſcopatu,
e laqueo perimens, ventre crepat medius.
Deſperare tuos veta fideles,
uorum es præſidij ſpes rata, Chriſte Deus.
Vitæ ô fons, miſerationis ô pons,
ortaq3, inexhauſtâ qui bonitate pates,
Fontis me latices tuiq3 potent,
onsq3 ſuâ hinc portâ deferat in Patriam:
Munda me per aquam cruore mixtam,
ransfoſſoq3 tibi de latere elicitam:
Lytro nempe meæ redemtionis
epenſoq3 tibi morte ſalutiferâ,

Tuæ nec minùs immolationis
In cruce, quâ Mundi tu scelus omne pias;
Quâ das, gnatus adoptionis ut sim,
Communi tecum, sæcula quæq3, Patri:
Hæres ipsius, at tuus cohæres,
Pro valle hac fletûs, læta theatra colam;
Vbi singula puritate mirâ
Constant, & lucis lumine continuo;
Vbi non magis est opus lavacro
Lotis, Christe, tuo fonte cruore, lytro,
Indutusq3 tuæ stolis amictûs,
Quo purgata lues demptaq3 contegitur,
Per te optatissime mi Magister, & dux,
Cœlestisq3 tui vera propago patris.

VIII.

IN PONTIFICATVM CHRISTI, è prosa.

REx Christe *lumen gentium,*
Et sospitator mentium,
Laus sit tibi, quòd colligis
Verbo tui cœtum gregis.
Tu Sermo cœlestis Patris,
Siloq̃: *castæ Virginis,* Gen 49.
Mundi piasti debita,
Salute nobis reddita.

Ergo

Ergo Sacer fili Dei,
Culpa Patrum & nostra rei,
Tuo beamur funere,
Quid maius isto munere?
Necis rei, vitæ spei
Tuo favore redditi,
In morte servamur tuâ
Et sospitamur gratiâ.
Lapsis resarcis perditæ
Redemptione præstitâ:
Adam est solutus crimine,
Cum posterorum germine.
Tu nascere fidelibus:
Factus caro, manes Deus:
Nos inter & Patrem tuum
Sequester, absolvis reum.
Tu manna, tu mentis cibus Exo. 16.
Senas bis Israhel tribus
Per octo lustra paveras.
Errantibusq; dux eras.
Tu vitæ mortuis ades,
Arborq; vitalis pates, Gen. 3.
Lethi trucidans stipitem
Ac inferorum principem.
Tu nos repurgas protinus
Sacri cruoris haustibus:

Innoxius pro noxijs,
Pro sontibus insons dum cadis.
Te consecras in unicam
Piacularem victimam,
Et Lytra persolvis Patri
Solutione compari.
Tu verus agnellus Phari, EXO. 12.
Stagnansq; rupes Moabi, 17.
Praeis columnâ per diem,
Noctuq; lucidam trabem.
Tu semen almum fœminæ
Es de sacro spiramine,
Caputq; Ditis atteris,
Et milites Dux adseris.
Hinc gentium nos posteri,
Tuæq; Sponsæ liberi,
Salvamur in tua nece,
Iusti Fide, firmi prece.
Tu vulneratos aspide, Num. 21
Sanas tui aspectus fide:
Placas Patrem, beas reos,
Fons, agnus, anguis, aura, ros.
Serva, Pater, nos, pro quibus
Te deprecatur filius
Agoniâ suæ necis,
Ac efficaciâ precis.

Da fonte lustrari tuo,
Cerniq; visu congruo
Luci tuæ, da mentibus
Lumen, Fidem da cordibus:
Vt te queamus cernere
Flatus sacrati munere,
Intrinsecoq; acumine
Et corporali lumine.
Præbe saporem gratiæ
Haustu tuæ scientiæ,
Vt te colamus agnitum,
Cum Patre, Natum, Spiritum.
Da Christianismi fidem
In charitate nobilem:
Post incolatum seculi,
Nos redde patriæ poli.

MONODIA BOHEMICOLATINA IN VITAM CHRISTI.

I. Iambicodim: cum Trochaico.

O Spasyteli Gežissi.

SAlvator ô Iesu pie
Et omnium peroptime,
Da nosse te nobis Herum *Gratiosum.*

O charitas ingens tua,
Nobis abundè præstita,
Dum carne vestiris Deus Gratiosus.
Splendor Parentis gloriæ,
Expressus Iconusiæ,
Catharma es vile gratia Gratiosa.
Herodis enses dum fugis,
Tentaris astu dæmonis.
Hunc vincis, & nos sospitas Gratiosè.
Desiderabas vivere
Inops, & exul degere:
Ieiunus, algens, & vigil Gratiosus.
Fis defatigatus viâ,
Nec desinis clementiâ
Bonos malosq; prosequi Gratiosè.
Sermonis effector sati,
Magister at gregis sacri,
Tibi rebelles sustines Gratuitò.
Convitio lacesseris,
In Præsulum subsellijs
Damnaris, insons sontibus Gratiosus.
A proditore traderis
Ligatus, & cædi flagris,
Quatiq; probris sustines Gratiosè.
Sentire fac nos hæc modò,
Velin crucis patibulo

Qua

Quæ passus es nostra vice Gratuitò.
Sepultus orcum viseras,
Terna die revixeras:
Mœrore sublevas tuos Gratiosè.
Tuo beandos munere,
Audi ministros, ô Here:
Da, quod probabis, poscere Gratuitò.
O Christe, *cêu lubet tibi,*
Per cuncta sic te fac sequi,
Et fruge mentis assequi Gratiosâ.
Iudex redibis omnium,
Vindex severus criminum
His, spreverint qui te ducem Gratiosum.
Væ, qui rebelles, his erit:
Contrà, beatis proderit
Vultus paterni visio Gratiosa.
Grati fruentur te Deo
Et fratre per sæclum pio:
Cornu referti copiæ Gratiosæ.
O Christe Iesu *Rex pie,*
Cum Patre, Flatuq; unice,
Deus: *per ævum laus tibi* Gratioso.

II. Met: Anacreont:

Pane Geziſſi Kryſte / ꝛc.

O Christe Rex Iësv,

Fili DEI parentis
Cum quo, ſacroq; flatu
Te grex colit fidelis.
Es tu perenne verbum
Ex corde Patris ortum,
Creata per quod unum
Sunt cūcta: laus tibi ſit.
Imago nos tua omnes
A te ſumus creati,
In vota quem vocamus
Herumq; prædicamus:
Vt qui Logus Parentis
In carne viſus eſſes,
Per quam tua redemtis
Ex morte, lytra ferres.
Hac nunc ubiq; rerum
Homo, Deusq;, regnans,
In patrimoniorum
Sortem tibi nos adoptas:
Empti ſumus cruoris
Tui profuſione,
Solius unde iuris
Simus tui, eſt neceſſe.
Tu noſter es, tui nos
Habemur, idq; ſparſo
Fines in univerſos,

Teſtaris

Testaris ipse verbo.
Hoc astruis vocando
Ad gratiæ coronam,
Nobisq; pollicendo
Spe conferente palmam.
Nos quâ tuos fuisse
Pandes die suprema,
Et asserens deinde,
Cœli vehes in astra.
Rex præpotens Iësu
Herosq; glorioſe,
Talem videre nos te
AEvum fac in perenne.

III. Trochaicodim: Cat:

Wesele zpijwayme / Boha.

IVbilum sonemus
Cœlico parenti,
Filium canamus,
Quem dedit salusi,
Et redemptioni
Cuiq; nationi.
Huc quater venire
Christus indicatur:
Carne, mente, agone:
Ac redux scietur
Summus è poli arce,
Censor hoc in orbe.
Cur adesse primùm
Sustinetvé nasci?
Lex refert: ut almum
Dogma pœnitenti
Tradat omni & ægros
Curet atq; cœcos.

Insuper professus
Se Ducem suorum:
Norma constitutus
Sum refert, piorum:
Velle vos parentis,
Me per, impleatis.
Id docens reliquit
Sontibus beandis,
Dum pati coactus,
In fidem Prophetis,
Fit pijs Redemptor,
Satanæq; terror.
Advenit secundò
In fidele pectus,
Quod suo ipse Verbo
Pulsat hospes almus,
Stans foris: cor illi
Quisq; pandat uni.
Tres ubi, duo aut sunt
In meo gregati
Nomine, inquit, adsum
Huic sodalitati
Dux pius, comesq;
Intimus subinde.
Tertiò subibit
Cor agone mortis:
Sobrios reposcit
Excubare quosvis,
Inscios at horæ
Exitu supremæ.
Simus ergo cauti
Crapulam cavere,
Vt nihil gravati
Poculis, gulâvé
Exigamus ævum,
Audiendo Christum.
Vltimò redibit
In die suprema:
Hac solo resurgent
Corpora excitata
Sons nequibit omnis
Tunc Herum latere.
Angeli Iehovam
Iudicem recingent:
Vocem ad eius altam
Astra contremiscent:
Tunc in orbe toto
Signa multa fient.
Hæc dies rigoris
Et furentis iræ,
Plenaq; ultionis
Flurimùm severæ,

Qua

Qua Deus malignos Et Deo probemur
Mancipet Geheunæ. Ritè pœnitentes,
Ergo præparemur Quò preci vacantes
Sordibus carentes, Hic Herum moremur.

IIII. Iambicodim:

Wěčny Boże na wysosti.

O Præpotens rerum Deus
Te supplices exposcimus,
Vt protegas Ecclesiam
Et dirigas Verbo tuam,
Per Veritatis munia
Vitæ perennis in via,
Quæ Christus est lux & salus
Ei piè fidentibus.
Demissus orbi mortuo
Amore Messiæ suo,
Nos liberavit à nece,
Orco, reatu, dæmone.
Amissa quæq; sedulò
Quæsivit hoc in seculo:
Sudavit, alsit corpore:
Liquit laborem funere.
Ad te reversus postmodò
Deum, Parentemq;, amodò

In gaudijs cœlestibus
Locum parat fidelibus.
Ipsos suo Verbo regit,
Solatur, armat, instruit,
Vt æquitatem diligant,
Nec unitatem negligant:
Perstent at invicti Fide,
Speiq; muniti ægide:
Dilectione mutuâ,
Devotione congrua.
Cesset simultas invida
Cum bile mentis livida:
Fructus bonos gignat Fides
Per Charitatis obsides.
Pressos fame, siti, levet
Potu, ciboq; roboret:
Sit hospitalis advenæ
Nudosq; vestiat bene.
Incarceratos visitet,
Soletur ægros, militet
Adversus hostem dæmona
Ex conscientia bona.
Sit comis erga singulos,
Lenis, lucretur æmulos:
Id Christus *autor præcipit*
Quod rebus ipsis præstitit.

Idem

Idem fatebitur sibi
Factum, suo quod sit gregi,
Reddens cuiq; præmia
Damnatione aut gloria,
Adire quam iustos dabit,
Illa reos pessundabit,
Dicens: mei cœlestia
Intrate mecum gaudia.
Parata sunt vobis priùs,
Quàm mundus esset conditus,
A patre communi Deo,
Pro perpeti solatio.
Recedite sed vos impij
Et semper este perditi:
Flammis Gehennæ, uramini
Et sulphure excoquamini.
In orbe nos adhuc sitos
O Christe; *sanctis additos*
Post huius ævi transitum,
Duc ad salutis exitum:
Vt pace in alta temporis
Et in quiete pectoris
AEternitatis postea
Tecum fruamur gloriâ.
Nostros Magistratus rege,
Et cum Monarcha protege:

Ecclesiam

Ecclesiam serva tuam
Et promove Rempublicam.
Sta parte pro nostra, Deus,
Vt eruamur hostibus
Tam mentium, quàm corporum,
Simusq́ tenaces fœderum.
Verbi ministros mutuâ
In Charitate colliga:
Vnum professi te colant,
Exempla plebi proferant.
Fidelitate debita,
Dilectione præstita
Per pacis almæ vinculum
Et castitatis osculum.
Post fata iunge nos tibi,
Cum Patre, Flatu sacro ubi
Tu vivis & regnas Deus
In seculis perennibus.

V. Trochaicotri: acat:

Poslan gest od Boha.

Mittitur Mariæ Virgini celsus,
Nazaretham ritè Gabrielus
A Deo *Parente competentem*
Cui referret ipse sic salutem:

Gratiosa

Gratiosa Ave Deoq; repleta,
Filio tu mirè mater alma,
Proferes Pijs Emanuelem,
Fœta per sacri Flatus vigorem.
Vocis hæc inauditæ priùs dictio:
Cogitando stupescit, inquiendo.
Dic, modo sim quo Parens futura,
Cùm viri expers, durem virgo pura?
Reddit ille: nil tristeris hinc, Maria,
Gratiam Dei favore nacta:
Qui potest, quæ vult, præstare cuncta,
Obsecundes nunc ei, Maria.
En anus, cognata sed tibi, Elzabetha
Fœtui nec, partui nec apta,
Prolis exors unde nuncupata,
Ante sex menses, concepit ipsa,
Infimam me Regis en ministram:
Sit mihi iuxta rem nunciatam.
Sic habes prophetias secundum,
Meßiæ conceptionis ortum.
Gratias agamus cœlico Parenti,
Ipsius charißimaq; proli,
Cum sacrato Flatu, adhæc Magistro,
Vnico Deo, Regiq; nostro.
Per quem homo revixit enecatus:
Sons Adami lapsu sublevatus,

Dum

Dum Deus Silohq; *virginalis*
In cruce Agnus fit piacularis.
Per tuam incarnationem Iesu Rex,
Fac novetur scripta cordibus Lex,
Pœnitere ritè quò queamus,
Hîc, & istîc tecum gaudeamus.

VI. Met: Trochaico:

Dworná chodi mysslenj.

CHriste præpotens Deus, Subveni iacentibus,
Ad selusq; pronos, In bono remissos,
Deseras nunquam tuos.
Dextera tutis tua, Subiugando dæmona,
Sis gigas in hostes, Sospitans fideles:
Deseras nunquam tuos.
Vota præstes servulis, Vt ferant æstum crucis,
Quicquid aut fit ægrè, Semper ac ubiq;:
Deseras nunquam tuos.
Ulme rector nos tegas, Atq; defunctos feras
Huc, ubi perennas, Cumq; patre regnas:
Deseras nunquam tuos.
In tua nos ægide Figimus Spem cum Fide:
Tu volens valebis Subvenire servis:
Deseras nunquam tuos.

Nos recordari bene istius rei sine,
Esse derelictos Haud tibi ministros:
Deseras nunquam tuos:
Solus à nobis quoq3, Fat, ameris undiq3,
Et piè colaris A pijs ministris:
Deseras nunquam tuos.
Te benignum noscimus, Te pium deposcimus:
Supplicum precatus Approbando lætus:
Deseras nunquam tuos.

IN NATALEM CHRISTI.

I. Monodia Trochaicodim: acat:

Weselým hlasem zpíjwayme.

VOce læta concinamus,
Dum celebrando sacramus
Christi Iesu *festa nati*
Pauperis, causâq3 nostri,
Hoc in orbe spreti.
Cœlitùs Redemtor ad nos
Sponte venit sospitandos:
Dæmonem fregit malignum,
Allevavit unde nostrum
Cor gravi reatu.
Recreavit ipse mœstos,
Satanæq3 vi gravatos,

Vt suo

Vt suo nobis agone
Sit redux vitæ supernæ,
Patre mitigato.
Cœlicæ fulgore lucis
Pectus humanum replevit,
Quando luce veritatis
Actibusq́, charitatis
Norma, duxq́, fulsit.
Liberalitas peringens,
Gratiâ Dei refulgens
Advenis, beës ut omnes
Laudibus te prosequentes
Ex amore iugi.
Fac, tui cultûs honore,
Expetamus te videre
Glorioſum, præpotentem,
Cumq́, Patre ſoſpitantem
Nos in omne ſæclum.

II. Trochaicotrim: Mixti, Cat: & Acat: cum Anacreonteo.

Za Cÿſare Auguſta.

IMperante Auguſto, Virgo ſit genitrix
Chriſti Iëſu Regis, Gnata cuî ſit altrix R.
Ergo iubilemus cœlico Parenti
Vngenam quòd huic orbi cœlitùs dediſſet:

Vt Lyro

Vt Lytro cruoris expiaret illum,
Quem perire fractum trux Adam coëgit R.
Cùm Dei statutum sons homo refregit
Iam redintegravit id Christus *& piavit.*
Nos favor Iehovæ *sospitet Parentis,*
Vt procul vis quæq; cedat atra Ditis R.
Per sati vigorem Filij perennem,
Igne nos à Gehennæ solvat æviterna.
Id, Deus *perennis largiare nobis,*
Vt tuæ beëmur mansione sedis, R.
Spiritus vitæq; pastione diâ,
Carnis atq; sanguinis cum sacra dicta.
Exitum salutis da beatioris,
Gaudiumq; iuge Christianitatis, R.
Vt tui fruamur claritate Regni:
Angelis, Amen, ævo succinamus omni.

III. Trochaici mixti cum Anacre;

Kryſtus Syn Božij.

Filius Dei
Christus *en* Silo *Orbi*
Ventre prodit Virginali,
Pro reis conceptus Emanuel.
Patriarcharum
Vota, scripta Vatum,

Nunc

Nunc Deus *Parens adimplet,*
Filium nobis ubi datum fert.
Hinc eum canat
Christianus omnis,
Ipsiusq3 Nomen édat
Liberalitate pro perenni.
Munus en datum
Elegans, & almum
Gratiâ Dei *Parentis*
Vim retundit Satanæ furentis.
Gaudeat sibi,
Gratuletur Orbi
Quilibet pius, celebrem
Sospes hanc colens solennitatem.
Perbeata sunt,
Neminiq3 cedunt
Lumina hæc, quibus videre
Contigit Christum *per cor fidele.*
Plurimi regum,
Singuliq3 Vatum
Id videre gestiebant,
Quod gregum Magistri sentiebant.
Hinc sacri Angeli,
Cœlitesq3 cuncti
Concinunt Patrem supernum
Nunciatâ terris pace rerum.

IN VITAM CHRISTI.

I. Monodia Trochaico Brach: mixta.

Krystůw žiwot znamę:

DIcta Christi, gesta Christi pensitemus omnes,
Ac in exemplũ trahamus, vita dum superstes
Astra consequendi ius modumq; confert.
pauper est inopsq; natus carnis incolatu,
Virginali lacte pastus, fasciâ ligatus:
Sustinet præsepe pusio supernus. Rep.
Angeli gregum ministris primitùs revelant,
Bethleitis, signa monstrant, Christon esse natũ:
Ite, dicunt, pusionem cœlicum notate,
Idq; cunis obiacentem, matre fasciante. R.
Ergo pastores sequamur cursibus citatis,
In sacro cœtu fovetur Christus ille mitis:
Cum domo communicatis ad necessitates
Simplicis victûs amictum simplicem ferentes.

II. In Circumcisionem.

Osmý den po Narozeni.

DIus infans ille Christus, octo vix dierum,
Fert dolorem glandis ictus pelle sub revulsa.
Et cruore fuso, solvit ipse Lytra.
Hic Iesu *nomen auſert, Sospitator ex re,*

Angelus

Angelus quod missus indit Gabrielus antè,
Quam foret conceptus ventre virginali. R.
Si pijs Christum *volemus actibus referre,*
Semper hunc piâ colamus Christianitate:
Non senes in carne facti mente sed renati,
Vt novo cedat vetustus sonsq; iusto Adamus.
R. *Sic recens annus recenti, luce, veste, vitâ,*
Intus ac extra noventur fruge Christianâ:
Sic parentur cuncta nobis, approbanda Christo
Detur ut dein in astris mansio perennis.

III. In Epiphania.

Nowá Hwězda oznamila.

SIdus exortu recenti Messiam revelat,
Et Magos in Bethlehemã promicando ductat,
Vt novum salutent supplices Monarcham.
Dirus Herodes rescíscens, Vate de Michea,
Patriam Christi, *trucidat bimulos in ipsa,*
Ac eis minores, quosq; pusiones. R.
Iozeph Oraclo, soporis sub quiete, iussus,
Fugit AEgyptum relictâ protinus Bethlema,
Cum puellulo parentem devehit: per annos
Hic manendo septem, sicut necem Tyranni. R.
Omne nobis id docendis congruit profectò
Seu fugæ sors inquietæ, seu quietis altæ:

Rebus

Rebus in bonis & aſpris mente ſimus æqua,
Semper exemplar Magiſtri conſulendo Chriſti.

IIII. In Præſentationem

Podlé Zákona Božjſſho.

SAnctione Legis almæ, Templa dū reviſunt,
Iozeph & Maria Chriſtū non domi relinquunt,
Hunc ſed ante Iovam, dona dando, ſiſtunt.
Vir Dei, ſenexq3 ſanctus, Simeonq3 iuſtus,
Meſſiam ſumens in ulnas, ore pangit odas,
Subdit Anna Vates: ſurgit Iſrahel ſpes. Rep.
Scripta ſunt, & acta noſtri gratiâ monendi,
Quæ legamus & ſequamur parte pro virili,
Sêu ſenes ſêu puſiones ex utroq3 ſexu:
Omnis ætas, omnis ordo liber, aut miniſtrās. R.
Vt frequentando ſacratam competenter AEdem,
Ductitent ſecum novellam ſpem, domûsq3 ſtirpē:
Quippe parvulos tenello convenit dicari,
Atq3 iuſta Chriſto Iēſu fruge conſecrari.

V. In duodecimum annum.

Když byl we dwanácti Letech.

PVſio bis ſex in annis, cum Parente Chriſtus
Templa ſcandit, Nazareth hâ Ieruſalē profectus,

Tres dies amissus, est in his repertus:
Inter at Legis peritos disputat Sacerdos
Proferens quæsita mirè, tum soluta dextrè:
Scita seu responsa, dat viris puellus. Rep.
Alterâ solennitate, Nazareth subintrat,
Vatis hîc oracla de se facta, pandit ipse,
Ora vertens audientûm cœlicus Magister,
Maximam simul stupentûm gratiã docẽdi. R.
Multa porrò signa Iesus *luce fecit almâ,*
Sospitans ægros medelâ, dæmonas repressit,
Et sacra pellens ab AE de Simonas removit,
Dum colendi festa normam singulis reliquit.

VI. Met: Anacreon: cum Troch: dim:

Stwořitel Nebe y Země.

Opifex cœli poliq́ꝫ,
Flatu, sciens volensq́ꝫ,
Inductus est Eremo,
Tentandus à Maligno.
Ait Evangelista sic:
Postquam fuisset illic
Denis quater diebus
Et noctibus relictus. R.
Supra modum sitivit,

Nimium

Nimium quoq; esurivit,
Satanas adorsus hunc hîc
Si gnatus, ait, Dei es, dic:
Sint ista saxa panes,
Qui sint tibi salubres.
Deus inferendo, reddit:
Moses Propheta scribit:
Non pane vita solo
Stat, sed potente Verbo,
Quod ab ore prodit Almi:
Id qui audiunt, beati,
Custodiuntq;, sacra
Ex sanctione, Iura.
Sumens eum Malignus
Vrbis sacratæ supra rus,
Templiq; culmen altum,
Ita, sistit, allocutum:
Superi propago Patris
Hinc labere, Sospes ut sis,
Dicto Davidi abusus,
Ait: es Genijs tegendus.
Hi te manibus levabunt,
Nêu cespites, cavebunt.
In monte rursus alto
Hunc sistit impetendo:
Facit universa lati

Spectare regna mundi,
Hæc cuncta me colenti,
Dicit, tibi dabo uni.
Reprimit Redemptor ipsum:
Ad hoc recede dictum,
Quod sermo dius édit,
Ac te, Satan, retundit.
Dominus tuus Iehova
Est: hunc colens adora,
Mox Angeli astiterunt,
Christoq; servierunt.

POENITENTIVM ET IEIVNANTIVM.

I Trochaicod: cum Sapphico:

Wſſyckni genż to kagicżho.

HAc die ieiuniali
Pœnitentiam secuti,
Corde contrito simul & fideli,
Supplici confessione,
Mentis at devotione,
Iehovæ *nostros fateamur ausus.*
Pœnitens ad cor reversi,
Et Deum *Patrem professi,*
Seriâ culpas prece diluamus.

Ille

Ille suscipit benignus
Pœnitentiæ diebus,
Victimas fusis precibus litatas.
Ergo nos freti subinde
Cœlicâ promissione,
Crimen exosi fugiamus omne.
Corde toto supplicemus,
Spiritu mœsto gemamus,
Nosq; dedamus Iehovæ *benigno.*
Invicem noxas fleamus,
Confitendo semper ausus,
In Deum *culpas fateamur atras.*
Fœdus à nobis relictum,
Velle dæmonis peractum:
Væ reis, ni pœniteant reatûs.
At tibi nos supplicamus,
Qui scelus fassis, benignus,
Es tui cœtûs miserator almus.
Rex bonus reddare servis:
Respice in rem pœnitentis,
Morte quem dira crucis expiasti.
Noxias laxa benignè,
Ac eas nobis remitte
Nunc, & in sæclum, Dominator alme.
Ne tuos puni furenter,
Nec per iram plecte semper,

Aut secundum Iustitiæ rigorem.
Christe *Rex, ad nos reversus,*
Et tuæ plebis misertus,
Sponte condona famulis reatus.
Non habentes recreamen
Conscientiæ, aut levamen
Vulnerum cordis, ferimus dolorem.
Deme deme solus omnem
Corporisq́ infirmitatem,
Mentis afflictæ pariter laborem.
Corde toto pœnitentes,
Atq́ peccatum caventes,
Poscimus flentes, miserere nostri.
Lege nulla, iure nullo
A reatu perquammaligno
Possumus solvi, nisi Te benigno.
Filij redemptione,
Et tua promissione
Ac fide fretos, ope nos tuere.
Parce nobis absolutis,
Gratiamq́ consecutis,
Idq́ per nomen tibi sacrosanctum.
Victimam ieiuniorum
Et stipem voto litantûm
Sume clementer, bone sospitator.
Quod duces nostri fideles

Dictitant

Dictitant, tuam docentes
Nos voluntatem, fac, id exequamur.
En adest nobis voluntas,
Attamen deest facultas,
Quæ ferat menti placidam quietem.
Testimonio fideli
Reddimur culpis soluti:
Id ratum cœlo, tibi sitq; gratum.
Conscientiæ quiete,
Spemq; certam proferente,
Spiritu puro Deus *excolêris.*
Laude digna te vehemus,
Nocte tum die canemus,
Perpes ut tecum videamus ævum.

II. Trochaicodim: Catal: cum Anacreonteo.

Odpuſt Hoſpodine Lidu ſwému.

SOlve noxijs Iehova *plebem,*
Da nec exteris hæreditatem:
Filium tuum per almum,
Gentis pia reatum.
Nos rei tàm lapſibus parentum,
Proprijs quàm, poſcimus benignum
Eſſe nobis te Iehovam,
Des pœnitere iam iam.

Ausa dignè qua piabimus re?
Pœnitentis largo cordis imbre:
Proderit nulli ulla merces,
Sed Gratiæ Dei *spes:*
Insuper preces ieiuniorum,
Lectioq; crebra Bibliorum,
Vsus & Psalmodiarum
Per charitatis actum.
Viribus tuis tàm comprimis quem?
Putrefactum terrâ nonné vermem?
Cur necas homuncionem,
Qui solvitur per horas?
Cêu rapax torrens, diffusus alvêo
Missa sêu tenso sagitta nervo:
Hæc vita sic fugax est,
Hanc ni Deus *reservet.*
Dignitas est talis nostræ opellæ,
Qualis esset pannus menstruatæ:
Stat basis partæ salutis
Dei *favore Patris.*
Almæ Rex, sontem haud finis perire,
Pœnitenti dum cupis favere,
Sis pius Rex administris
In gratiam receptis.
Supplices simus rerum potenti,
Nosq; totos concredamus uni:

Hic

Hic opem feret benignus
Clientulis Patronus.
Sons homo revolve, quòd cinis, lutum fis,
Ac eris: mundo sub hoc peribis,
Pœnitendo ni relinquas
Peccata, sicq; vivas.
Non id æstimes, quàm sis sceleſtus
Aut reus: Dei *favor paternus*
Maior est tuo reatu
Illum reposce mox tu.
Namq; cunctis fertur gratuitò,
Obvius cùmq; Christiano,
Promtiùs sed offeretur
Is, quàm tibi petetur.
Proh dolor, quòd in Deum *protervi,*
Angelos offendimus, Maligni
Recreatione, verùm
Mœrore proximorum.
Temporis nos huius esse gratos
Approbemus: dum voti hora compos
Est, Parentem mitigemus
Christum *per Vngenam eius.*
Dedimus totos, Deus, *tibi nos,*
Soſpita servos piacla fassos:
Per necem tuam innocentem,
Dona reis salutem.

III. Trochaicotrim:

Milosrdný Boże/smutných.

IEhova *benigne, triſtium levamen*
Iuſte Cenſor Orbis, ſontium piamen,
Hac mea movetor, oro, vilitate:
Vilitate ſervo commodâ protervo,
Par iniquitate cùm ſit Publicano:
Des, amem nihil ſuperba Pharriſæus:
Pharriſæus iſte, reprobatus à te,
Quòd Fide Spei bonæ careret ipſe,
Quam tuis benignus feceras redemtor:
O Redemptor alme, qui ſcelus piâſti
Sontis inſons, factus ara pœnitenti,
Vt tua polos benignitate ferret:
Ferret at fidelis, idq; pœnitendo
More fervidi latronis in gabalo,
Omnis ut ſperaret ac rogaret id ſons.
Iehova *benigne, cœlitum corona,*
Des perire nullis in ſtygis lacuna,
Aut ſodalitate ſub truci Gehenna:
Sub Gehenna mortis ſorte perfidorum,
Retibusvé mundi, carnis aut dolorum:
Mens, vide tuus quis eſſe poſſit horror:
Horror aſper iſte, quo ſub ingemiſcas,
Mundus orco merſus tendit in favillas,

Crede, quòd Deus *sit hæc tibi locutus:*
Quæ locutus esset credulis benignus:
Sons homo peccare plus cave malignus,
Ne tibi lucernam dia dextra tollat.

IIII. Iambicodim: Anacreonteis interclusis medio & fine:

Takto wola sám Syn Božij.

SIc *clamitat Natus* Dei:
Me convenite singuli, Peccata quos fatigant:
AEtas, & omnis natio
Me conquiescat unico Tum fratre, tũ Patrono.
Mî dulce iugum, leve est onus
Qui fert utrumq; commodus, Perenne tormen
Meaq; tectus hic ope, (exit,
Gaudebit in cœlis quoq;, Factus mihi cohæres.
Quæ doctor egi cœlicus,
Liqui meis sequacibus Hæc exequanda semper:
Non fitis horum nescij,
Nil accidet meo mali Peculio fideli.
Quæcunq; militas Deo
Vtroq; sexu, natio, AEtasvé Christiana,
Verbo Dei *stude regi,*
Id prompta factis exequi: Ducêris hinc ad astra

Non redde pro malo malum,
Amplexa virtutis statum, Nil æstimando mundũ:
Iniurias Deo *tuas*
Committe, necnon semitas: Peribit ille flammis.
In Spiritali prælio
Non stetur actu carneo Aut absq; disciplina:
Tentamen excitat Deus,
Domatq; carnem Spiritus, Ne fiat huic molesta.
Quòd si premit vos dura crux,
Considerare, pœna trux Quàm sit trucis Gehen-
Vruntur in qua reprobi (na,
Sub eiulatu perpeti: His eximemini vos.
Post hancce vitam flebilem,
Degetis illic perpetem, Christi sinu recepti:
Nostrum sit id solatium
Quodcunq; perpeti probrum Hîc mortis aut pe-
Qui non adhæret huic Hero, (riclum.
Gaudebit unquam non eo, In patria polorum:
Stultè sed in se consulet:
Crucem caducam qui cavet, Sensurus est peren-
Lux alma passim promicans, (nem.
Chaosq; noctis effugans, Collustrat universa:
Qui vult salutem consequi, Cultor sit integer
Huic ipse fidat uni. (Dei,
Nobis recepit quæ Deus,
Hæc sanxit almus Spiritus, Præstabit & deiceps:

Dignare

Dignare Iesu Christe *nos*
Inter beatorum choros, (Amen) referre sumtos.

V. Trochaicodim:

Pane Kryste rāč nám dáti / rē.

CHriste *Dux nobis adesto*
Gratiâq; subvenito,
Vt triumphemus fideles.
Carne, mundo, dæmone ictis
Spiritalibusq; victis
Hostibus, culpisq; cunctis.
Te cibo mentis refecti,
Pane vitaliq; septi,
Ingredi cœlos queamus:
Nunc amen subiectionis,
Hallelulah inde laudis,
In tuo regno, canamus.

CATECHESIS BIBLICAE,

II. PARS ODARVM ET MONODIARVM IN CHRITI PASSIONEM, RESVRRECtionem, Aſcenſionem, & S. Spiritus miſſionem:

AD REGNI BOHEMIAE DISTRIctuum, Hradecenſis, Chrudimenſis, Podbrdenſis, Boleſlavienſis, Gurimenſis cum Czaſlavienſi, Sodalitatem literatatam, &c.

ACCLAMATIO Thomæ Mitis Lymuſæi.

HVmana propter auſa Chriſton *mortuum*
Ac redditum vitæ dierum tertiâ
Ob iuſtificationem, in orbe toto ſontium,
At nomen in illius piè credentium,
Agnoſce gratâ mente, fido pectore
Confide eum cœlo receptum, vivere
Illic tibi, tincta litteris Sodalitas:
Agnoſce nec ſolùm, precare ſed quoq;,
Ac crede, patiq; ſueſce cum tuo duce,
Congaudeas ut inde, conregneſq; ei
Dies per æternos, polari in regia,
Vbi mediator perpes eſt, & unicus,

Nos

Nos inter ac Deum *patrem pijssimum:*
Est propitiator totius pro crimine
Mundi atq; nostro: cœlitùs dato priùs
In corda Flatu nostra lota almo sacri
Baptismatis: per pacta nostro cum duce,
Ferita nobis, sponsione non sine,
Quòd militabimus Deo, *non dæmoni,*
Mundové, carnivé, hostibus domesticis:
Nos adiuvante & allevante protinus
Fido refusâ pectori divinitùs
Nostro sacrati gratiâ Spiraminis,
Quod semper illi congemens suspiria
Modo moveat prælta inenarrabili,
Ad VniTrinumq; ac perennem nostrum Iam,
Natum, Parentem, & Vtriusq; Spiritũ:
Quo noster est Imanuel in Virgine
Conceptus, & Mundo satus deperdito,
Agnus Dei, *illius salutis gratiâ*
A morte revexit victor, ascensu poli
Rex, Pontifex æternus æternaliter
Regnat, cluitq; cum Deo, *& suo Patre,*
Auraq; sacrâ Trinitatis unius
Sub Esse eodem, hypostasi sed tripl'ici.
Hinc inco atur Vita Christi *principis,*
Hîc desinit, ut præsens habet Monodia
Tuæ dicata Charitati per meam

Nunc

Nunc mititatem, fortè cognitam diu,
O litterata patriæ Sodalitas
Communis: ut hac brevi relictâ, perpetem
Desideremus, in polari regia:
Vbi beatorum Choris & Musicæ
Iuncti, VniTrino Iæ *sonemus gloriam*
In sempiternum, ultravé, sæclum. Amen.

Pragâ Veteri dab: Festo solenni Apost: Petri & Pauli. An: sal: 1587.

ODE IN CHRISTI PASSIONEM AC RESVRrectionem, è Prosa.

CHristo *redemtori necem passo crucis*
Labore dolorum plurimo,
Post dogma Mundo cœlici sparsum patris,
Per signaq́, firmatum édita.
Ille exinanitus salutis gratiâ
Nostræ, reparavit perdita.
Divinitatem, carne sumpta hîc, occulens,
Præsepe parvum sustinet,
Fœno rigente: bruta harę, & brumæ gelu
Durasq́, matris fascias,

Vagit,

Vagit, (miſertus nuditates exulum
Eden abactorum hortulo,)
Legisq; ſanctione circumciditur:
Sons ſicut, hinc exolvitur:
Vt ſontibus ferret levamen in ſuo
Vel immolatus corpore.
Parentibus, atq; Simeoni ſubditur
Iuſto, vel in ulnis ipſius.
Sui manibus ſe Prodromi ipſum ſubijcit,
In amne lotus Iordanis.
Perfertq; tentatoris aſtuti dolos;
Et hoſtium ſaxa effugit.
Famis ſitim fert: ſudat, alget triſtior:
Humilimus Ias *ac homo;*
Satanæ tamen vafro inde incognitus
Ob vilitatem corporis:
Quamvis Deitas, latere per tot tantaq;
Miracla nequiret prodita,
Firmataq; Chriſtianitatis dogmate.
Aquas Hydriarum ſex enim
Ad nuptias vertit Canæas optimæ
In vina ſigno principe.
Lepram fugavit luridam attactu levi:
Verbo excitavit mortuos,
Et membra curans ægra, ſtrinxit ſanguinis
Fluxum, cibando panibus.

Quinis

Quinis, totidem potenter ipse millia,
AEquor pede sicco transyt.
Ventos cohibens, frenavit iram fluctuum:
Fores recluſit aurium.
Mutum reparando linguæ & oris organum,
Febres acutas reppulit.
Poſt tanta, totq́, quis cluit, miracula,
Vltrò prehendi ſe tulit:
Damnatus & actus in crucem diriſſimam,
Sol quam intueri noluit:
Quam tota luxit mundialis machina,
Indignæ Hero neci indolens,
De qua reſurgendo dierum tertiâ,
Orbi reduxit gaudia.
Se Magdalenæ primitùs vivum tulit,
Reliquis deinde fratribus,
Incredulitatis aſperæ coarguens,
Cordisq́, præduri nimis.
Chriſto *unde reſurgenti creata qualibet*
Cœlo, mari, terrâ, favent.
Vernant redivivâ fruge, flores arborum,
Sementis, agrorum & vallium.
Volucres gelu brumæ, ac reterſo frigore.
Mulcent melo dulci aëra.
Sol lunaq́, clariùs multò micant: novo
Plauſu reſultant ſingula.

Nos hac quoq; gestiamus insigni die
Solennitatem per sacram,
In qua redux vitæ, viam ostendit Pÿs
Ad astra ductor prævius.
Hinc omnis ubiq; spiritus laudet Deum
In Trinitate simplâ. Amen.

II. Esoluta: Patris Sapientia.

DEi *patris Sophia, Veritasq; dia,*
Homo Deus *traditus Ante lucis ortus.*
A suis sodalibus Quando derelictus,
Est Hebræis venditus Ac cruce enecatus.
Prima in hora ducitur Iesus *ad Pilatum*
Falsis & à testibus Plurimùm gravatur.
Fune collo stringitur, Et manu ligatur:
Ora suffert conspui, Ipse inanis iri.
Fige, clamitant, cruci, Tertia sub hora:
Ludio sit militi Veste purpurata.
Fronte gestat in sua Spineam coronam,
Brachÿs portat crucem Mortis ad ruinam.
Fixus illi torridæ Iesus *hora sextâ,*
Cum feris latronibus Computatur ipsus.
Maximâ pressus siti, Fellis ac aceti
Spongiâ potum datâ Sumit in diæta.
Mundiale sic scelus Tollit hic Dei Agnus.
Horâ deinde nona Non respirat ultra.

In Patris

In Patris manus datum Mittit ergo flatum:
Lanceâ miles latus Sed recludit eius.
Terra tunc gemens tremit: Sol chao nigrescit:
De gabalo ponitur: Vesperi immolatur.
Fortitudo panditur Mente cum beata:
Fit corona gloriæ, Perpetisq3 vitæ.
Vnde complens omnia Iesus *en humatur:*
Implet hinc Oracula Cœlitùs profecta.
Christe, *passio tua Morsq3 pensitanda*
Sit mihi curæ: rata, Gratataq3 in perenne:
Vt reddam tibi vicem Corde conflagrante
Et tuam sequar necem Mortis ex agone.

III. Ex Orat: Ecclesiæ.

OPtime rex Iesu, *nostrâ qui in carne volebas*
Pro me crucis diræ pati non leve supplicii,
Morte tuâ ut nostram perimens, vitamq3 reducens,
Priscos patres de vinculis erueres stygijs,
Ac genus humanum Genitori conciliares,
Tuo vicissim: sedibus restituendo poli,
Idq3 tui lytro precioſi sanguinis uno,
Interminam ad vitam dato deniq3 Christicolis.
Cuius tu specimen mortalibus exhibuisti,
Die resurgens tertio de nece vivificâ,
Spemq3 resurgendi firmâsti cuiq3 tuorum,
Infallibili tamen fide, quòd Capiti inde suo
Membra

Membra itidem fient conformia, quando resurgēt
Ad gaudia ævi perpetis de tumuli barathro:
Vnde resurgendo tu corpore glorificato
Exempla liquisti tuis, dux bone, militibus:
Tu siquidem victor victâ de morte, Parentis
Tui tenes dextrā, hincq3 nos in tua regna feres,
Lucibus expletis tu quadraginta, probâsti
Vitæ reducem te perpetis, Iusticiæq3 datæ,
Visibiliq3 modo, Cunctis spectantibus illud,
Virtute tibi diâ, potens, scandis in astra poli.
Hîc resides Patri dexter, nobisq3 patronus,
Frater, cruor: Spiramini par deitate, Deus:
Noster es Imanuel noster quoq3 Iustificator,
Dum grata gratus suscipis, vota facisq3 rata.
Gloria sit Triadi simplæ, sit gratia Christo
Et Vtriusq3 quælibet sæcula, Spiritui.

I. MONODIA met: Anacreon: trim: acat:

Krystus příklád pokory.

CHristus præit modestis, dux altus ac herus,
Icon Dei parentis Compariq3 filius,
Sontibus succurrit insons, Occiditq3 sons,
Quamlibet coævus Sit Deo parenti.
Postquam subîsset Orbem Dia nempe proles
Almâ parente natus, Fit Pijs cohæres,
Suffert haræ misellus pusioq3 sordes,

Mætre

Matre fasciante Postulavit ut res.
Ab hostibus fugatur Cum sua parente:
Se credit haud Hebræis, Ipse natus è quis,
Partâ salute nobis: Moriger volenti
Fit Deo *parenti, Idq; agone lethi.*
Tentamen à Satana Fert triplex, probrosa
Per contumeliarum Dicta & acta secum:
Hîc non habendo sedem, Quâ locaret AEdem,
Gloriæ polaris Rex, in Orbe vilis.
Famis siti laborans, sudat, alget orans;
Obit vices ministri, Obsequendo Patri,
Pro pane filiali, Pastibusq; Verbi:
Pauper ipse, Mundum Ditat universum.
Flens per ditam bidentem, Quæritat per Orbem:
Fert brachijs, repertam, Pascuis refectam
Pastûsq; spiritalis Indit hancce caulis,
Optimusq; pastor Et lytron bidentis.
Suam crucem suapte Baiulando sponte,
Assumat, inquiendo, Vniversus ordo:
En emori coactus Scandit astra Christus:
Nos, pter, haud pepercit Nato las *necato.*
Hunc, det, ut nos secutum In polare regnum,
Hinc transferamur unà Exules diætâ:
Congaudeamus illi Patriâ perenni,
Nil timendo Ditem Per Fidemq; tum Spem.

II. Trochaicodim: cum Anacreonteo brachycat:

Wſſemohaucý Stwořitelj.

PRæpotens rerum creator,
Omniumq; Soſpitator,
Haud tibi ſecundus,
Et par erit, fuitq; nullus.
VniTrinus es Iehova,
Conditor, Sequeſter, Aura:
Omne plaſma ſervas
Plaſtes, & unus rex gubernas.
Obtines cœleſte regnum,
Spiritale, ſempiternum:
Perpes Imperator,
Dux univerſis, tum Redemtor.
Cum polo, tellus, & æquor
Præpotentem confitentur
Te ſibi parentem,
Iugiq; gloriâ vigentem.
Aſtra cœli cum Planetis
Orbitis illuminatis
Te vehunt, quòd omne
Noctis chaos queas fugare.
Angelos per cuncta puros
Spiritus, & adminiſtros
Cœlites creâſti,

Donisq;

Donisq; gloriæ beâsti.
Omnis ornatus rotundi
Fulget orbis in feraci
Montium receſſu,
Vernatq; vallium reflexu.
Explicas ſinus marinos
Alveo fundi præaltos,
Piſcibusq; reples
Multisq; belluis adauges.
Quicquid in mari profundo,
Aut ſolo latè reducto
Continetur, omni
Id uſui nobis dediſti.
Cæteris verò creatis
Antefers homuncionis
Fabricæ loquelam,
Nec ponis eius ipſe curam.
E polis delapſus Orbi
Perdito ſtudes mederi
Satanâ retuſo,
Cœtu fideli ſed redemto:
Id tibi regi ſupremo
Conſtitit labore quanto,
Singulos beanti,
Tuumq; corpus enecanti?
Glorioſus rex polorum,

Fis inops causâ tuorum:
Algidus miserq;,
Sudando, fers famem sitimq;:
Ergo deiectus profundè
Per crucis mortem, Dei Agne,
Sustines necari,
Sons quisq; possit ut beari.
Decidit tuo venustas
Vertici plantas ad ipsas,
Per flagella sectus,
Et vix homuncio putatus.
Nos tuâ vibice sani;
Servitute liberati
Satanæ tyranni,
Iam præda non sumus Barathri.
Noster ô rex gratiose,
Sospitator ô benigne,
Pro tuâ tuere
Nos Gratiâ tuos ab hoste.
Pastor ô gregis misertus,
Des, ut à te roboratus
Vincat illecebras
In carne, mentibusq; crebras
Poscimus, remitte nobis
Noxias graves professis,
Parce Rex: Herili

Vagas reduc oves ovili.
Corda nôſti ſingulorum
Tam proborum, quàm malorum:
O tibi ſacratos
Nos aſſerendo redde gratos.
Fac, Trias beata, lætos
Vt tibi pangamus hymnos
Cum choris ſupernis
Sanctusq; trinum concinamus.
Id tuis concede nobis,
Vt ſacris iuncti choraulis,
Te ſonemus unum,
In ætibus poli per ævum.

III. Iambicodim:

Geſtit pſáno dáwnim rokem:

VAtes Iehovæ Iermias
Prædixerat, quòd Meſſias
In Orbe debeat pati,
Cêu fata ſic eſt gens Hebri:
Hæc noſtra ſtet ſententia,
Damnetur inſons quâ citò,
Non abſq; contumeliâ
Illius, & noſtro lucro;
Legis tamen nil ſanctio,

Prudentiæ

Prudensvê consultatio,
Aut scripta vatis mystica,
Cessando, fient irrita.
Ruamus in clamoribus,
Linguis item procacibus:
Sin veritate fervidus,
Resistat, haud curabimus.
Vitæ cibum se nuncupat,
Deiq; gnatum iactitat,
Peccata nostra exaggerat:
Nos ultione territat.
Nobis hic est in omnibus
Rebellis actionibus:
Non sit sodalis amplius,
At deleatur protinus.
Agamus hunc nos in crucem,
Videbimus nostrum ducem:
Gnatum Dei spectabilem
Sic, nominetur ne quidem.
Deus parens me respice,
Iniuriam grandem vide:
Agnum premunt mitissimum,
Mactantq; per ludibrium.
Pugnis meas tundunt genas,
Corpus, flagris, spinis caput
Scindunt, sed addunt iam probra,

Plus, clade quavis, aspera.
Constante vultu perstiti,
Calumnijsq́ restiti:
Nulli deim convitio,
Iniquitatis cessero.
O iuste Iudex omnium,
Horum, meamq́ rem tenes,
Hanc unico tibi arbitro
Fiduciæ spe defero.
Vtrinq́ quâ nos in pio,
Parente defixâ Deo,
Affectione supplici,
Subdamur in cunctis ei:
Vt assequamur cœlicam,
Nos gratuitò regiam,
Fidelium Rex adiuva,
Sumptos & ad te, sospita.
O Christe mortem per tuam,
Remitte fassis crimina,
Ne sentiamus flammeam,
Per cuncta Gehennam sæcula.

IIII. DOMINICA PALMARVM.

Trochaic: Trimet: Acatalec:
cum Dimet: cat:

Nebeský Pán.

Cœlicum

COElicus Rex, In sui favorẽ
Testimonio fidem
Occîdit vibice carnis
Passus aram necem.
Insidendo, terga pigri aselli,
Tendit hoc in Ierſalem:
Plorat, exceptus tametſi,
Morte iam imminenti.
Vltimam poſt Cœnam ſubit hortum,
Supplicaturus Patri:
Hunc Iũdas oſculatum
Prodit hîc cohorti.
Agnus inſons ultus eſſe non vult
Enſe Petri noxio,
Id cùm ſibi ſit integrum,
Scripta Vatum replet.
Captus idem duriter ligatur
Nocte totâ verberi,
Et calumniæ traditur
Teſtis, arbitriq;:
Poſt iniquam damnationem
Ductus inter latrones,
Baiulus crucis, Redemptor
Fit: necatur altor.
Mortuus ſed præpotens Herus
Nequit frui quiete

Hasta ei latus recludit,
Matre id intuente.
Nunc ubi sunt gaudia isthæc tua
Virgo mater inclita,
Filij partu de tui?
Condoles ei ægra.
Christe Iesu nos ita agonem
Mortis édentes tuæ;
Te creaturam suprà omnem,
Fac, amemus arctè.
AEgritudo mentis, artuumq;
Sub necis formidine,
Te coëgit languidum
Sontium pati in rem.
Fusione sanguinis tui quos
Expiasti sordibus:
Gratiam in patris receptos,
Sospita, alte Censor.

V. FERIA VI. magna, Trochaicodim: Brachicat: in 4.. strophis.

Vmučenj nasseho.

PAssionem concinat
Quisq; Christi Iësu,
Quam Ioannes annotat
Sic Evangelista:

Noſter en Imanuel,
Et Patris Sophia,
Gratia mortalium
Fert in Orbe dira.
Luce Palmarum ſacrâ
Chriſtus *ingemiſcit:*
Sub vetuſto Paſchate
Immolandus, hiſcit.
Vrbis ante mœnia,
Excipi volebat,
Sed dierum tertiâ
Cuncta ferre dira.
Tunc Iüdas traditor,
Prodidit Magiſtrum,
Ter decemq; argenteis,
Tradit: hem ſceleſtum.
Feriâ quinta hortum adit,
Vſus antè Cœna:
Ad Deum *fundit preces*
Morte pro fuganda:
Ter precatus id Patrem,
Sudat en cruorem:
Obtinere nil valens,
Subditur Iehovæ.
Interim venit cohors,
Sicut ad Latronem:

Osculo Iudas eis
Prodit hunc eundem:
Petrus ulcisci volens
Funibus ligatum,
Fit repressus, abs Hero
Redditâ aure Malcho.
Ductus hinc ad Præsules,
Cæditur gravatus:
Nocte tota luditur
Per probra impetitus:
Ore consputo sacros
Huic tegunt ocellos,
Ac, eum quis verberet?
Indicare poscunt.
Præmetu magno Petrus,
Ad focum ter illum
Abnegat, lucis, semel
Quàm sonaret, ales.
Ad Pilatum ducitur,
Inde prima in hora,
Principum calumnijs,
Plebis & gravatur.
Iudicare noluit
Præses innocentem:
Sanguis hic sit clamitant,
Nos supra atq; nostros.

Vnde nudatum propè
Alligant columnæ,
Dissecant flagris quoq;
Corpus eius omne.
Tam lacer, proh, spineam
Sustinet coronam,
Totus idem lividus,
Tendit, immolandus.
Sexta in hora ducitur
Vrbe, cum cruce altâ:
Cum probro suspenditur,
O nimis res flenda.
Fœminæ deflent quidem,
Christon *innocentem;*
Flete, reddit, vos super,
Liberosq; vestros:
Cogitur Simon cruce,
Sublevare Iesum,
Is quòd esset languidus,
Est coactus ille.
Fixus hoc pacto crucì,
Fel bibens aceti,
Veste sortes de sua,
Cernit ipse mitti:
Virgo mater virgini
Traditur Ioannì,

Abs eo, dum mittere
Spiritum pararet.
Nona in hora Heli tonat:
Isti, Eliam vocat,
Inquiunt: scurræ leves
Obtrectatione.
Voce maxima Patrem
Se vocat gravantem:
Cur relicta, ait: tibi
Sum propago Patri?
Deprecator pro feris
Hostibus fit almus,
Ac reclinando caput,
Spiritum statim efflat.
Mortui vicem dolent
Condita universa,
Insuper mœrent necis
Tormen immerentis.
Vela Templi scissa sunt
Obtenebratur Sol,
Atra nox fit ex die,
Universa lugent.
Quanta mœstitudo ea?
Terra contremiscit:
Censet hunc Centurio
Pro Dei ecce Nato.

Confitentur hoc idem,
Signa conspicati,
Quando scinduntur petræ:
Mortuiq; surgunt:
Huîcq; quidam militum,
Cor recludit hastâ:
Sanguis undaq; hinc fluunt,
Pro salute nostra.
Vesperi deponitur,
E crucis gabalo
Dum fuit demortuus
Omnium redemptor:
Hunc Ioseph Armathius,
Prosequens amore,
In sepulchro proprio
Condidit repentè.
Christiani nunc simul
Cuncta pensitemus,
Sontium causâ quæ erat
Passus ille nil sons.
Perbeatos, Christo Hero
Commori studentes:
Conresurgent ad polos,
Fine Mundi, in illo.
Dum mori debebimus,
Hinc vel emigrare,

Datũm nos in manum
Spiritum tradamus.
Passionis in tuæ,
Christe *Rex, agone,*
Regna, post mortem, tua
Nos fac introire.

I. Anacreont: cum Trochaicod: Acatal:

Weselyt nãm den nastal.

LAEta nobis lux redit,
Quâ tridui spacio,
Opifex en revixit.
Gesta pandit Angelus:
Veste sed albicomus
Marijs id revelat
Lata sit nativitas,
Lætior est pietas
Redimita tam triumpho.
Christe *passus ni fores,*
Commoda quæ pareres
Benedicta Dei *proles?*
At redis à mortuis
Spes ades ipse salutis:
Fideiq; basis almæ.

O decus noctis sacræ,
Qua domitor stygis & Rex,
Redit, & perit Orci fex.
Sontium captiva gens
Læta refert saliens,
Bene veneris huc, ô Spes.
Longa te nos sæcula,
Morte salutifera tuâ
Sumus hîcce morati.
Rex micat vexillifer
Fex stygis atra ruit sed
Rabies itidemq; fathiscit.
Hinc Adam cum prolibus
Exit & astra subit
Requiete iam potitus.
Angeli congestiunt
AEthra, solum, mare plaudunt
Reditumq; vehunt reversi.
Ergo Christianitas,
Poscit ut id pietas,
Ducis hoc ovet usq; triumpho,
Quo resuscitet sibi
Nos, homine ex veteri
Renovet quoq; eo totos,
Perfruiq; cœlitum
Nos epuli det in ævum

Dape, nectare pastos:
Exuendo crimina
Illum sequamur unà,
Vt in astra deinde feramur:
Perpetuò & beemur.

II. Trochaicodim:

Vtěssený nám den nastal.

FEsta lux redit quotannis
Christe nobis quâ resurgis:
Hinc amore Christiano
Hoc te personamus hymno.
Stigmata es passus dolorum
Pro salute singulorum,
Finijsti dum laborem,
Tres dies sepultus, omnem.
Iuge gaudium tulisti,
Quos piè resuscitâsti,
Dum malos stygi relinquis,
Collocans bonos in astris.
Nos reviviscemus unà
Sanctitatis in coronâ,
Te secuti suscitatum
Principem demortuorum.
Per tuæ vibicis ictus,

Te quod

Te quod orbis Christianus
Poscit exaudi libenter,
Rex Iësu Christe *noster.*
Tu necis victor revixtî,
Tu fidéles sospitâsti,
Veritate qui colunt Te,
Virginis fili Mariæ.
Pro tuâ benignitate
Nos fideles unitate
Pacis, in Fide sacratâ
Sospitans, culpis relaxa.
Christe *faustum confer annum,*
Omne diffugans nocivum,
Rector audi Christianos
In tuam fidem receptos.
Mortis ultimam sub horam,
Tu tuis remitte culpam,
Ac eis hinc ad migrandum
Claviger reclude cœlum.
Noster en parens Adamus,
Patris ac uterq; sexus
Sunt in Orco recreati,
Te per illic visitati.
Tanta propter festa, Christe,
A Pijs damnum repelle.
Charitate nos aduni,

Vt tibi

Vt tibi inde laus sit uni.
Simus hic, da, Christiani:
Cœlites istic beati,
Te ducem nostrum sequamur,
Et tuo vultu fruamur.
Intuens nostros reatus
Hos Herus laxa benignus:
Nostra spes te fulta solo,
Fratre nititur benigno.
Scimus illud & fatemur:
Ast in illo gloriamur,
Quòd resurrexti profectò
Præpotente cum triumpho.

III. Trochaicodim: cat: cum acatal: mixta.

Wstalt gest teto chwile.

HAc die revixit Messias sacer,
Iesus ille Christus, Orbis arbiter,
Qui luit reatus Sanguine:
Actus in crucem sed insons, Est amoris fons.
Fœminæ gementes Vnguen afferunt
Vt linant sepulti corpus inclitum
Angelo iubente, mox eunt
Fratribus renunciatũ Christi anastasin. Re:

Voce

Voce cordis aptâ Nos HalelluIAH,
Hac die sacratâ Nos HalelluIAH,
Concinamus unà Tum demus
Sospitatori piorum Nos HalelluIAH.
Angeli matrona Nuncio potens
Magdalena fratres Visit in domo,
Læta nunciando: Revixit
Christus, *inquiens, futurum Esse cêu dixit.*
Pro pijs dignate, Christe *rex, mori,*
Fac tuorum quisq;, Pœnitens mali,
Te resuscitatum Sequestrum
Morte subsequatur alta Vivus in astra.

IV. Trochaicodim:

Krystus Gezijss Nazaretsky.

IEsus *ille Nazarenus,*
Singulis revixit unus
Victor idem luce ternâ,
In carne glorioſa.
Hanc Anastasim celebrem
Prædicemus, dando laudem;
In triumphantis trophæa
Sonemus Halleluia
Ad beatam spem piorum,
Primitùs resuscitatum

Carne clara, spiritali
Præfulgida, suâvi:
Sic enim decebat illum,
Ferret ut corpus sacratum,
Nec capax corruptionis,
Sed gloriæ perennis.
A iugo nos liberavit:
Liberatos sospitavit,
Hac ut à mortalitate
Ferremus arma vitæ.
Hoc quidem corpus caducum
Creditur terræ sepultum;
Surget ex busto coruscum,
Vitæq; restitutum.
Cui pius deterget omnes
Lacrumas, planctus, dolores,
Cœlitum septus coronâ,
Iudex die supremâ.
Qui meant hîc seminantes,
Semen aut fletu rigantes,
Spem fovent messu cupitæ,
Lucrisq; copiosæ.
Distinentur hi labore,
Per crucem negando sese,
Vt dein resuscitentur
Et luce vestiantur.

Nil famis siti prementur,
AEstubus vel atterentur;
Fonte vivo recreati
Et pascuis refecti.
Hanc resuscitationem
Prædicat Paulus, sequacem
Timothæum sic monendo,
Armis & instruendo:
Su, ait, memor rei huius,
Quòd redux ex morte Christus,
Sit tibi vitæ iuvamen:
Mali bono levamen.
Christianus sis athleta,
Servulus, pastorq́: certa
Pro bidentibus redemtis
Christi lytro cruoris.
Commori nunc huîc velimus
Nos, ut olim gaudeamus
Fratre fratres hocce chari,
In patria polari.
Hac ab institutione,
In sacra communione,
Et sua vocatione,
Frugi sit unusquisq.
Hîc enim Christum perennis
Collocans basim salutis,

Gestiat

Gestiat cœlis potiri,
Et Angelis iugari.
Summa laus Deo *parenti,*
Cuius ad Natum retracti,
Spe fovemur glorioſi
Ex hoſtibus triumphi:
Ille corpus vile noſtrum
In favillas iam redactum,
Gloriæ reſuſcitabit,
Et nos ſibi iugabit.
Halleluia concinemus,
Gratias laudum ſonemus,
Cœlicæ benignitati
Et liberalitati.

V. Trochaicodim: cum Anacreon:

Radoſtnẽ Boha chwalme:

PErſonemus Ichovæ,
Roboribus validoq́,
Et pietate benigno,
Quam dedit Chriſti *nece,*
Poſt tridui ſpatiumq́,
Reditu inde ſub auras:
Quo ſuperſtes hic ſuos
Ipſe ſibi ſociatos

Statuit,

Statuitq; subordinatos:
Crederent ut Messiam
In reducem sibi iam iam,
Oculisq; datum videre.
Hi ferunt solatium
Pectore refrigerium
Anastasin hanc per almam.
Angelus stat cœlicus
Ad tumulum facibus,
Veste quoq; albicomus.
Christus, mit, vitæ est redux,
Dixerat antè velut dux:
Pandite fratribus istud.
Nuncios legat suis
Omnibus ille ministris,
Orbe vagoq; Christianis.
Dat videndum se suis
Testibus Apostolicis,
Pace quibus è sequestrâ,
Sospitatis esse dat
A stygis amne, redemtis
Nocuisse nihilq; illis.
Quòd necatus in cruce,
Iustitiam peperisset,
Redivivus at ex nece:
Passus insons pro reis

Omnibus,

Omnibus ecce scelestis,
Dat veniam ipse ministris,
Cœlicamq; gloriam
A genitore Deo *iam*
Christicolis tributam.
Eius ex anastasi
Ac deitate potenti
Quoq; nos resuscitamur,
Ac eo sospitamur
Pneumateq; eius ab almo.
Vivificante verbo
Recreatos suspicit,
Speq; fideq; piâ unit,
Ex obitu ut triumphent.
Christus *ipsos roborat,*
Participesq; redonat
Dotis, & auctionis:
Vt soluti corpore
Hac vice, pòst requiete
Cœli, animo perennent.
Ex Spei fiduciâ,
It scelerum veniâ amplâ,
In Patriam hinc vocatis:
Dum revertat è polo
Christus *ad ima solo,*
Nubeq; Censor altâ.

Seculorum

Sæculorum Rex potens,
Propitiabilis ingens,
Ac Pietate pollens,
Hîc repurgatos iuva,
Tu tibi nosq́ repurga
Criminibus levatos:
Veritate pro tua
Perpete, menteq́ fidâ,
Fac, teneamus æthram.
Da, piè vivamus hîc:
At requiete poli istîc
Vt potiamur omne in ævum:
Da resurgentes quoq́
Cum grege Christicolarum
Simus in Axe tecum:
Angelis iuncti ut sacris,
Te recinamus Herilem,
Propitiumq́ fratrem.

VI. Anacreont: cum trochaicodim: acat: & brachycat:

Wstalk gest Krystus z mrtwých Král:

CHristus *revixit en rex,*
Est victa cui stygis fex,
Hosto fracto præpotenter,
Regnat hic eridenter,

Orci

Orci lacum subivit
Patresq́, liberavit,
Satanamq́, mancipavit,
At stygem refregit.
Prænobilem tropheis
Christi *ducis triumphum,*
Angeli canunt sacrati
Et patres beati.
Fer, Christe, *nunc ab alto,*
Opem gregi sacrato
A te per universum
Veritate mundum:
Vt efficacitatem
Anastasis celebrem
Tuæ vehamus ore
Et corde, tum reapse:
Sonemus Halle'uIA:
Sit laus tibi Iehova;
Sit sarta tecta nobis
Norma Veritatis,

VII. Trochaicodim:

Radugic se Krystu Pánu.

CHristo Iësu *concinentes*
Et triumphum gratulantes,

Gloriâ

Gloriâ resuscitato,
Personemus ore grato.
Pro reis hic passus insons
Dira, nunc est Gratiæ fons,
Per suam necem caducam
Destruendo sempiternam.
Nos ei vivendo tantùm
Et fugando quodq; pravum,
Ex reatu suscitemur,
Et Deum sic comprecemur:
Sempiterne Rex Iësu,
Et datâ salute, cornu,
Nostra clemens sume vota,
In tuo favore fota.
O benigna, Christe, vita,
Qui revixtî morte victâ,
Solve nos omni reatu,
Carnis hoc & incolatu;
Vt soluti labe quavis,
Calle stemus Veritatis,
Insequendo prævium te
Gaudium cœli ad perenne:
Hallelul Ah concinentes,
Ac tuo vultu fruentes
Hîc, ubi cum Patre regnas,
Dux & milites coronas.

I. Iambicodim: cum Trochaïco & Anacreonteo mixtum.

Wstaupil Pán Krystus na Nebe.

EN Christus æstris redditus, Finit hîc laborẽ,
Læti ducem canamus: Nostrum
Ac Dei sequestrum, Qui suo faventi
Nos reddidit Patri.

Tristes erant Apostoli Passione Christi,
A mortuis deinde Illo
Gloriæ reducto, Murmur infidele
Rauce scit undiq3.

Postquam reverrit ad Patrem, Frater ipse, mœrit:
Mox Spiritu repleti, Gaudent,
Congruoq3 zelo Dogmati superno
Sunt vatibus pares.

Terras adhuc dux incolens, Milites docebat
Hos, hoc acerba gastent Mundo,
Compatiq3 sueścant Nunc, ut inde regnent
Cum Rege perpeti.

Hi quale gaudium feret, Cognitum magistri,
Post arduos labores, Vultum
Quando glorioſum Hi deinde cernent
In gloriâ poli?

Id tempus æstivum notat Fruge copiosâ
Adversus asprum gelu Bruma,

Quo

Quo rigent creata Orbe toto cuncta
Gestantq; vincula.
AEstas perenne gaudium Est amœnitate,
Vitamq; perpetem refert Brumâ
Protinus fugatâ, Post crucemq; Mundi
In astra transitum.
Hinc ver in ævo perpeti Sentiunt beati,
Quos hiems usit diu Mundi
Istius maligni, Atq; sævientis
Christi in gregem duris.
Vitæ redux adest eis Iesus, & choragus
Callis, inquit ipsemet, Adsum
Vita, veritasq; Omnibus secutis
Meam fidem cruce.
Fac, Christe, nos causâ tui Ferre dira quæq;
Et gloria polari Tecum
Perfrui: beatis Additi, per ævum
Psallamus ut tibi.

II. Trochaicodim: hypercat: & brachycat: cum Iambicodim:

Wstaupenij Krystowo pamatugme.

COncinamus nunc Ascensionem
In polos, Christi Ducis celebrem:
Et sequamur huc eum,

Vbi, per omne sæculum
Cum Patre, cum Flatu viget.
Hæc erit festivitas sacrato
Digna cultu, fœta frugis auctu,
Si volemus credere,
Exequi, producere,
Quæ Christus *ipse præcipit.*
Hîc adhuc postquàm moratus esset,
Et suos omnes sic erudisset,
Vt voluntatem Dei
Patris in terra sequi,
Hunc invocando, gliscerent.
Hic ni in exemplar sese relinquens,
Et parentem cœlicum revisens,
Vult eò nos ducere,
Vult ovili reddere
Sumptam bidentem brachijs.
Dexter illic assidet Parenti,
Glorioſus Rex & aura cœli,
Donec huc descenderit
Censor, aut assederit
In nube, ceu dictat Fides.
Ergo grati simus universi,
Quòd vices obit Christus *Sequestri*
Inter & Patrem Deum
Nosq; : qui sciat reum

Illi placentem reddere.
Nemo certior fit advocatus
Alter, hoc Imanuele, solus
Qui Patrem placat sua
Morte, factus victima
Nobis salute redditâ.
Pseudovatum respuamus omnes
Factiones ac opiniones:
Nostra sit perfectio
Christus, *absolutio,*
A noxijs redemptio.
Hallelui AH læti concinamus,
Et pias Christo *grates agamus,*
Gratia pro præstitâ
Et salute redditâ
Nobis Dei *clementia.*
Iam precemur pro fraternitate,
Omnis exors erroris sit usq;:
Veritatis conscia
Sit sequax, & sedula
Cœleste numen excolat.
Gratiam te poscimus Iehova,
Sume vota nunc hæc Christiana;
Veritas tegat tua
Quos reponet gratia
In astra, cœli gloriâ.

III. Trochaicotrim: acat:

Bože Otce z weliké milosti.

O Deus *pater nobis benigne,*
Præstitisti largus dona quæq;
Filium mittens huc ab alto.
Hîc ut assumens humanitatem,
Per tuam, Deus, *legationem,*
Morte tolleret suâ nostram.
Quâ genus mortale vindicaret,
Ac reum Gehennæ, sospitaret
Iustus ex incarnatione.
Sit Deo *laus sempiterna nostro:*
Qualis extitit primo sub ævo,
Talis extet in secuturo.
Christe Iesu *Virginis propago,*
Profuisti, lapsus Axe, Mundo,
Supplices tuos haud obaudi.
Pœnitentiam da sic agamus,
Vt tibi veram fidem probemus
Fruge non malæ bonâ vitæ:
Quam piè sanctèq; transigamus:
Angue peius, crimen odiamus,
Pœnitentiâq; purgemus.
Cœpta fine deduc, Rex, secundo,
Et quietis confer dona Mundo

Officinis

Officinis semper immundo.
In rei cuius perenne robur,
Lege, fac, tua sic instruamur,
Nuncio salutis exciti:
Vt tuæ carnis, tui cruoris,
Dignitate req̃, sumptionis,
Consequamur astra cœlorum.
Christe, *cor ad id concede castum*
Conscientiæ, vitæq̃ septum
Testimonio bonæ bono.
Prædicandus est pater Iehova
Ipsiusq̃, Filius, Sophia,
Flamen Vtriusq̃, mens una.

I. MONODIA in Spiritum S. Iambicodim:

Dneſſnjho dne ſplnilo ſe / ꝛc.

HAc luce completum fuit,
Promissa Iesus *dum tulit*
Apostolis Charismata.
His misit almum Spiritum,
Fibras replens qui pectorum,
Solator orphanis foret.
Implentur en oracula
Vatumq̃ testimonia:
Hinc gaudeamus singuli.

Ioelis ore Iehova
Prædixerat dicens ita:
De Spiritu fundam meo.
Servi prophetabunt mei,
Et visionibus rei
Absconditæ, Vates erunt.
Demissus alto Spiritus
Ceû turbo venti fervidus
Succenderat præcordia.
Apostolorum pectora
Flatus sacrati gratiâ
Replentur, ac ovant piè.
Linguis locuntur omnium,
Deprædicant Patrem Deum:
Mirantur omnes talia,
Qui congregati tunc erant,
In Ier Salem, confluxerant
Ex orbe toto qui propè.
Sermo suus cunctis patet,
Vernaculus tanquam foret
Divina vis rei subest.
Te nos Iësu poscimus
Demitte nobis cœlitùs
Sancti Charisma Spiritûs.
Nobis ades Flatus sacer,
Septuplicis doni pater:

Nati, Patrisq; gloriâ.
Cor repleas metu Dei
Vt contremiscentes Spei
Salutis, incumbat Fide.
Infunde donum gratiæ
Per charitatis mutuæ
Ac lenitatis munia.
Dono tuæ scientiæ
Fac, nosse quodlibet malum,
Bonumvé bona mali fugâ.
Fer dona fortitudinis
Cunctis ut invicti malis
Perstemus in tentamine.
Consultor alme nos tege
Stemus modesti quò bene,
Mundum perosi maxime.
Intelligentiâ sacrâ
Præ conditis nos imbue
Nati, Patrisq; Flamine.
Confer Sophiam cœlicam,
Divinitùs pijs datam
A Patre luminum Deo.
Hæc dona septem qui tenent,
Peccata quælibet cavent
Aguntq; pœnitentiam.
His nostra semper pectora

Divine flatus robora,
Peccemus ut non amplius.
Solator es lugentium
Patronus es clientium,
Es Spes tibi fidentium:
Es lumen in caligine,
Medela in ægritudine:
Errantibus sis dux viæ.
Verus famelicis cibus,
Siticulosis haustulus,
Es fortitudo languidis,
Es vena fontis illius
Cui cædit ignis inferus,
Quo, Christe, *solve nos pius.*

II. Trochaicodim: cum Iambi: & Tetram: brachycat: & Acat:

Otče náš milý Pane.

O *Parens & chare Rex,*
Pneuma des nobis sacrum,
Christo *in id flagitamus*
Filio tibi unico. Rep.
Vt tuam queamus nos
Veritatem noscere:
Pseudovatum spernere
Tum quamq; falsitatem.

Christe,

Christe, *qui fidelium*
Flamen altum cœtui
A tuo patre electis
Antè, quàm fundavisset R.
Triplicem mundum, nunc hoc idem
Demitte pneuma nobis
Auctor hinc ut salutis
Rite notus existas.
Spiritus sacer nostri
Cordis aulam posside,
Qui charismatum dives
Spiritalibus munere, R.
Os & aures sacrata
Veritate tu firma
Et fide cor innovans,
Et flagrans reforma.

III. Trochaicodim: catal: cum atal:

Proprosmeż Ducha Swatého.

FLamen almum flagitemus,
Recreamen hinc rogemus,
Pectus ut nostrum gubernet,
Satanâq́, privet.
Hinc, valedicendo culpis
Criminum, virtute quavis

Induamur innovati,
Ac Fide renati.
Vrat ille nos Amore
Proximi, tum patrîs Iæ:
Augeat Fidem renixis
Spe bona salutis.
Det Metûs Dei Sophiâ,
Consilî vim, ferre dura:
Scire, Nosse Sensu utroq;
Ac sequi subindè.
Aptet aures audientis,
Et Dei verbum sonantis
Ora, Fruge copiosâ
Vtriusq; menti.
Cuîlibet donet fideli
Gratiâ peculiari
Ad Fidêi dimensionem,
Commodum iuvamen.
Die flatus, adde nobis
Omnibusq; Christianis
Hasce virtutes, reatûs
Absolutione.
Nunc Amen concors sonemus,
Et Deum patrem rogemus,
Nos ut in fidem receptos
Salvet universos.

III. PARS LIB: VII.

ODARVM ET MONODIARUM: seu, preces & laudes dierum & noctium.

SCRIPTA ET EDITA IN GRATIAM ACADEMIAE PRAGENSIS

propaginum per Bohemiam, Vngariam, & Slauviniam, &c. sub compellatione ista:

IN Dei manete, Patres, pervetusto dogmate,
Quo senum auribus nihil sit gratius, nec aptius
Emigraturis brevi huius corporis custodia.
Tu quoq; ô vernans Iuventus, fortis esto per Fidē:
Hac enim reddēre victrix in bonæ scuto Spei,
Quo Satan cū Carne, Mūdus cū reatu vincitur.
Credo, singuli tenetis, quòd propago cœlici
Situs in Christo *parentis, perseverate indies*
Et cavete, perditum hoc ne diligatis sæculum.
Vanitas, fastusq; & astus regnat illic: at Deo
Osor illius probatur reprobandi debitè,
Quòd suos perdat sequaces, cùm Deus suos beet.
Ergo missus, Carne, Mundo, Satana, tum crimine,
Messiæ deserviendum Christo erit, qui servulos
Servat, ætatemq; quamvis sexu utroq; sospitat.
Huic preces laudum dicatas parte libri tertia
Hoc, sonate per diei, noctis ac per tempora:

Cogit orare, & laborem ferre nos necessitas.
Ne gravi hostis opprimamur perfidi tentamine,
Vi, dolo vel, imparati subruamur deniq;:
Donet id beata nobis Trinitatis Vnitas.

I. ODE Matutina & vespertina. è Psal: 63.

DEus, Deus mi, luce matutina ago
Perdius excubias: in vota pernox te voco.
Te mens mea unicum sititq; & expetit:
Te mea sicca caro desideratum suspicit.
Telluris in loco aridæ nil humido,
At sitiente nimis, per solitudines vagor,
Nequicquam & appeto sacrarium tuæ,
Iova benigne, domûs: Aræve utringq; cornua.
Essem lubens sodalis & comes pijs,
Qui tua templa petunt, viamq; festini vorant:
Virtute tuâ quò, gloriaq; gaudeam,
Hoc vel ab exilio, cœlestis aulæ in patriâ.
Quæ mundiali gratior mî carcere,
Vitâ etiam potior fides tua est, in rem meam.
Ergo superstes, eveham te laudibus,
Et tibi vota feram diebus atq; noctibus,
Meas levabo nomine in tuo manus.
Lex tua, lausq; tuum sonabit ora per mea.

Placebis

Placebit id tibi supra pinguedinem,
Aut adipem pecudum, fumantibus ex altaribus.
Memor tui strato super molli meo,
Commemorabo tuas laudes & in choro, & foro.
Meus quòd adiutor fuisses maximus,
Tegminibusq3 tuæ protector alæ strenuus.
Adhæret iccirco tibi mens hæc mea,
Cunctipotens etiam me dextra sustentat tua:
Me perditum iri postulant hostes mei:
Sed priùs in foveam busti cadent emortui,
Eruntq3 partes vulpibus, sive artibus,
Quàm datus his fuero vel pestibus, vel hostibus:
Extorris ipse quamlibet, tuus tamen
Servulus extitero, tuâq3 servabor manu,
Meorum ubi adversariorum cladibus
Satq3 superq3 meos ruinâ ocellos pavero.

II. Ex Heresbachio.

PRæpotens rerum Creator, summe Rex, & arbiter
Qui parēs es Christi Iēsu, sed ducis nostri, unicus,
Gratias tibi per eius nomen ingens, solvimus
Pro tuis in nos benignis gratiæ donis tuæ, (tos
Et quòd hac in nocte somno, matris & vētre eru-
Vsq3 in hūc præsentis horæ nos diem servaveris:
Comprecamur, luce serves hac, & omni tempore
Exitum ad vitæ caducum perbrevis mortalibus,
Quâ benignitate polles, ac philanthropos viges.

A beatu

A reatu, damno & omnimentis atq; corporis
Perge eos semper tueri: Christianorum fide
Cognitos spe haud fluctuãtes, Caritateq; ĩpigros,
Fac, piè credamus in te Iehovam nobis patrem:
Terræ & æthræ conditorẽ maximũq; & optimũ
Inq; Herũ, Christũ Ièsum, propriè Natum tibi:
Qui sacrâ conceptus aurâ, de Maria Virgine
Editus, tandem Pilato passus est sub Pontio:
Actus in crucẽ, necatusq;, & sepulchro conditus,
Inferos lacus petivit: luce verò tertiâ
Rursus exurgens, in auras vivus, ascendit polos:
Assidet dexter Parenti, cunctaq; unus obtinet.
Huc redibit gloriosè iudicatum mortuos
Atq; vivos: redditurus digna utrisq; præmia:
Censor æquus tàm bonorũ, quàm malorũ examine.
Da, piè credamus hoc in pneuma divinissimum,
Vniversalem quod unit colligens Ecclesiam,
Quæ tenet communionem Christianorum rei.
Quæ petit remissionem gratuitam criminum:
Ac resuscitationem carnis è busti aggere,
Quam sequatur vita perpes gloriæ omnis cœlitũ.
Hanc, Iova, in nobis adauge primitùs fiduciam,
Inde nostræ incredlitati gratuitò subveni.
In tuo pes calle noster ne labascat, effice.
Da, tibi placente cultu serviamus indies,
(Idq; linguâ, corde, facto) non deastris gentium:

Vnico

Vnico in te, per sequestrũ Christon, hærẽtes fide,
Sculptile haud colamus ullum, ductile atq; fusile:
Sed tibi fidamus uni mente, facto, famine,
Non abutentes tuo unquam percelebri nomine,
Sabbati diem colamus dediti sacræ rei,
Cũ Magistratu parentes, & patronos, & duces:
(In vocatione, nostrâ diligenter strenui)
Neminem occidamus, aut vi prægravemus, artevé
Neû Deo *simus molesti, proximo aut iniurij,*
Quæ sua, illi demus: huîc at commodemus undiq;,
Labe mœchorũ inquinati, & fœdâ adulterûm notâ
Nequiter non polluamus membra nostri corporis:
Mente simus at pudici castimoniæ statu,
Nilq; furtis auferamus, testibusvé perfidis:
Rem, domũ, uxorẽ, ministras cũ ministris, ac bove,
Simus at piè sequaces nos tui per omnia.

MONODIA eorundem.

O Trinitatis lux sacra,
Ortusvé metavé insciæ,
Solis refulget orbita,
Illuminando condita.
Sol, Christe, *Mundi totius,*
Ipsum subîsti cœlitùs,
Quem sospitares per tuam
Illuminatum gratiam:

Fac,

Fac, te colamus agnitum
Ex luce verâ pectorum,
Ter unicum nobis Deum
Nati, Patrisq; Spiritum.
Des, mane psallamus tibi;
Grates agamus vesperi,
Te nostra cantet vilitas,
Tua ut meretur dignitas:
Benignitate pro tua
Et liberali dextera,
Des grata nobis pectora
Propter tua in nos munera.
Debetur id digno tibi
Ab omnibus semper dari:
Vt invoceris cognitus
Nobis homuncionibus.
Qui vis adorari, Deus
Colíq; cunctis unicus,
Id postulando præcipis
Et approbando suscipis.
Ades tuâ nobis ope,
Daq; excitatis in Fide
Vehamus ut te laudibus
In seculis perennibus.
Sit VniTrino gloria,
Virtus, honos, victoria,

Triumphus,

Triumphus, ac ovatio
Et nunc, & omni sæculo.

ALIA, Metri mixti è 2. Iambicodim: totidem Trochaicotrim: & 5. Iambicodim: hypercat:

DEus, *tibi sit gratia*
Pro noctium custodiâ
Quòd chaos tetrum fugans earum
Luce lumen das videre clarum:
Laudandus hinc es universis.
Tu vera Lux Mundi, *& sacra,*
Durans, patens, intermina,
Des, in hac ut semper ambulemus
Nocte, & in die Tibi canamus,
Vbiq; & à te dirigamur.
Virtute, sanctitateq;,
Tuæq; dono gratiæ
Stemus hìc in nostra functione,
In tuiq; solus favore,
Mortis recordati subindè.
Accepta sunt nunc tempora
Nostræ & saluti commoda:
His sciamus competenter uti
Temporalibusq; non abuti
Sed morte vitam possidere:

Dei

Dei *metu, Verbo* Dei
Deposcimus te nos rei,
Christe, *iusto iusti simus in* Te
Cœlitum coram, nostroq; patre:
O libera nos tu malo omni.
Nostros Magistratus piam
O prævem per gratiam
Sanctitatis & pacis quiete
Vt colant nomen tuum, celebre
Ac id reponant confitendo.
Ecclesiam sponsam tuam
Totum per orbem dissitam,
Vsq; fulci veritate Verbi,
In Petra quo collocata forti
Te Christo Iësu *fulciatur.*
Tristes, egenos, debiles,
Vinctos catenis, exules,
Orphanos omnes, viris & orbas
Et puerperas tuere cunctas:
Serva potenter universos.
Nostris diebus pax eluat:
Divina manus nos protegat,
Qua sine haud vis sustinetur ulla,
Mundialis aut cadit procella
Has in domos, noster Iehova,
Qui vivis, & regnas polo,
Terrâ, mari, ac omni loco, Trinita-

Trinitatis Vnitate simplex
Nominationibusq3 triplex:
Nos, Christe *Rex conserva ab Orco.*
Laus sit parenti cœlico,
Ac eius uni Filio:
Vtriusq3 Flamini sit almo,
Iehovæ *soli, duciq3 nostro:*
Forti, Sopho, Sacranti.

ALIAE precēs & laudes mane, meridie ac vesperi.

GRates ago Tibi pater mi cœlice, (genā Tuū,
Per Christū Iēsum, *nostrū* Herū, *Vn-*
Hac nocte quòd me incommodis ab omnibus
Periculisq3 texeris benigniter
Fidâ & piâ tuæ manûs custodiâ,
Oroq3 servatum hoc die custodias
Peccato ab omni me malisq3 à singulis:
Mea omnis ut Tibi probetur actio
Et tota præsens vita decursu suo.
Ego quia me, meumq3 corpus & meam
Mentem, omniaq3 in Tuas trado manus.
Mecum sit Angelus sacer Tuus: Satan
Ne quicquam habere possit in me trux. Amen.
Grates ago Tibi, pater mi cœlice (Tuum,
Per Christum Iēsum, *nostrū* Herū, *Vngenā*

Quòd

Quòd me hac die Tuam per gratiam
Benignitate maximâ ſervaveris,
Et oro Te, mihi delicta, ut omnia,
Quæ perpetravi ſons, velis remittere,
Et me tueri hac nocte ſervatum Tibi:
Ego quia me, meumq́, corpus & meam
Mentem in Tuas trado fideliter manus.
Mecum ſit Angelus ſacer Tuus, Satan
Ne quicquam habere poſſit in me trux. Amen.

In eaſdem Hypotheſes.

Vitam Tuâ mihi datam indulgentiâ:
Cuſtos tueris pervigil. Iob 10.
Ego dormiens: ſopore ſum excitus gravi,
Quòd me Dominus *ſuſceperit.* Pſal: 3.
In pace in idipſum dormiens quievero, 4.
Dum ſpem bonam, Here, *in me fulcias.*
Mane audies vocem meam: ſtans, & videns, 5.
Adſtabo Tibi mane, ô Here.
Pupilla oculum vigil velut cuſtos tegit: 17.
Vmbrâ Tuæ alæ ſic tegor.
Mane, & meridie, & crepuſculo gemo 55.
Turbatus, & à Deo *audiar.*
Deus *meus es:* Deus *mihi es* Tu: *Te vigil*
In prima ego luce concino. 63.
Here ac Deus *meæ ſalutis, in die* 88.
Et nocte clamans, Te colo.

Qui

Qui posſidet adiutorij arcem Altiſsimi, 92.
Munitus eâ, ſervabitur.
En veritas divina te circumdabit, Ib:
Nocturna ne ſpectra horreas.
Bonum eſt, Deo *grates pias perſolvere* 92.
Et nomini eius pſallere.
Fui memor, vel nocte, nominis Tui, 119.
Legemq; Tuam cuſtodij.
Non ſtertet unquam dormietvé, pervigil 120.
Rex, atq; iuſtus Iſrahel.
Sol uret haud te per diem ardens integrum
Nec luna per noctem integram Ib.
Deus *regat ingreſſus & exitus tuos,* Ib.
Fidelium Reſpublica.
Ni civitatem Iovà *cuſtos ſoſpitet,* 127.
Fruſtra vigil eius excubat.
A mane novo uſq; noctis ad cuſtodias, 130.
Spem figat Iſrael in Deum.
Oratio dirigatur ſic mea, incenſum velut,
Quod mane fit impenſum Tibi: 140.
Manus meæ elevatio inſtar ſit ſacri,
Quod apparatur veſperi.
Ias, *amantes univerſos nominis* 141.
Sui, benignè protegit.
Qui mane novo ad Me quæritandum venerint,
Tunc me repertum viderint. Prou. 8.

Nostri miserere Rex: Te enim expectabimus:
Nostrum esto mane brachium. Esa. 26.
Desideravit noctibus Te & lucibus 33.
His mens mea sub præcordijs:
Clausa halitu isthoc, excubabit pervigil
Ad Te salutis mens meæ.
Es nostra salus, afflictionis tempore,
AEstuvé crucis sub asperæ.
Afflictionem per meam, præsens sacro 1. Ezdr. 9.
Fui. peracto vesperi.
Tunicâq; scissa pallij, & flexo genu,
Manum meam expandi ad Deum.

BENEDICTIO Mensæ, & gratiarum actio.

OCuli omnium sperant patrem in Te cœlicũ,
Tu pascis eos refectionis tempore:
Tu dextrâ apertâ quodq; vivens, promis, &
Condis, reples largis Tuæ donis manus.

Precatiuncula.

Here & Pater cœlestis, *hæc nobis Tua*
Gnatis benedic dona & bona,
Quæ de Tua nunc largitate sumimus:
Per Christum Iesum *nostrum* Herũ.
Nunc confitemini DEO: *quòd sit pius*
Benignitate in sæculum durabili

Escam

Escam dat iu carni suam cùlibet,
Pullisq; corvorum cibos poscentium.
Non robore equino, nec virili tibiâ
Vnquam recreatus ille delectabitur:
At Se *timentibus piè, & figentibus*
In Se Fidem Spei, *favebit perpetim.*
Grates Tibi Here, *ac* Deus Pater *nos pan-* (gimus
Christum *per* Herũ *nostrũ, universis p Tuis*
In nos bonis donivè, qui vivens, cluis,
Regnasq; saculorum saculis. Amen.

In easdem Hypotheses.

ID omne, *quod movetur & vivens, viget,* Gen. 9.
Vobis det ex sese cibum.
Vobis ego partem panis apponam modò 18.
Ad recreandum pectora.
Deus *à puero me pascit hanc usq; in diem,*
Momenta vel huius horulæ. 48.
Vobis Dominus *carnes edendas vesperi,*
Et mane cibi dat copiam. Exo. 16.
Sedit populus sensimq; edens & combibens, 32. &
Surrexit ad lusum dein. 1. Cor. 10.
Vestro fruamini satis pane ac dato Leu. 23.
In sufficientiâ cibo.
Panem comedes tuum absq; defectu pensis,
Omnem per affluentiam. Deut. 8.

Homo pane solo haud vivit, omni at verbulo
Quod ex Dei *ore provenit.* Ib.
Cum sat comederis, satur grates Deo Ib.
Dignas fer altori tuo.
Pullo suam corvi Iova *escam praeparat*
Vocans ubi illum hanc flagitat. Iob 38.
Omnes edebant atq; adorabant soli Psal. 22.
Pingues coloni fertilis.
Mensam meo in accessu parâsti comodam 23.
Adversus infestos mihi.
Piorum animas Iova *eruit neci,& fami:* 33.
Alit refectas commodè.
Herus *regit me pastor: ipse hinc nullius* 33.
Egens rei, pascor bene.
In pascuis en adsum opimis: ductili
Refectus undæ rivulo.
Fui iuvenis: factus senex, nunquam Pios 37.
Vidi relictos à Deo,
Nec semen eorum panis indigum sui
Mendicitatem per vagam.
Pij saturabuntur famis sub tempora Ia.
Famelicos q; nutrient.
Cibum parâsti egentûm: ita est enim Tua 65.
Rex alme praeparatio.
Jumenta fœno Pascis: humano usui 104.
Herbas salubres sufficis:

Dat,

Dat, panis ex solo & merum, cor recreent:
Vultus oleum firmans, linat.
A Te *omnia expectant suo esca tempore:*
Te *dante eis, recolligent:* Ib.
Te *munificam manum explicante, singula*
Donis replebuntur datis.
Ias *animam iusti haud fame affligi sinet,*
Sed sospitabit erutam. Prou. 10.
LARgire tantùm amictuiq; & victui 31.
Necessitatibus sua:
Vt dives & satur, Te *non negem aut egens,*
Periurus & in Te, *fur siem.*
Corvis Ego *præcepi, Eliam pascerent* 3. Reg. 17.
Te, *sint voraces quamlibet.*
Sic inquit Herus *potens, & altor omnium:*
Edent saturi, & micas legent. 4. Reg. 4.
Est consilium istud Zebbaoth Dei, *ac* Heri,
Quo Iustitiam eius panderem. Esa. 28.
Servi en mei edent: sed vos gravem passi famem, &
Poti sitietis amplius. 65.
Vobis Ego *fruges novas do en, mustaq;*
Oleumq; in unguen & cibum. Ioel: 2.
Fruges satorum non alunt nostrum genus,
At Sermo Tuus servat Tuos. Sap. 16.
Cœli volucres spectate, quæ nihil serunt
Conduntve messem in horrea, Matt: 6.

Eas tamen vestrî supernus omnium
Sustentat & nutrit Pater.
Haud solliciti este cogitantes: quo sumus 15.
Vsuri amictu, victu item?
Micas catelli edunt cadentes, quâ datur,
Mensa ex herili, copiâ. Mar. 7.
Attendite corvos: hi serunt nil, nil metunt,
Cellas nec habent, neq; horrea: Luc: 12.
Cœlestis at vester parens illos alit,
Cum cæteris volucribus.
Cavete, vestra ne graventur pectora 21.
Ingurgitante crapula.
En Pane Iësus *quino, & actis gratijs,*
Complura pavit millia. Ioan. 6.
Fragmenta panum, quæ supersunt, tollite Ib.
Servandaq́, sportis condite.
Quando utimini potu & cibo aut operamini,
Cedat Dei *id omne in gloriam.* 1. Corr. 10.
Præstare potest Ias *suam per gratiam* Ephes. 3.
Plus, quàm petimus vel noscimus.
Deus *cibos tulit datos fidelibus,* 1. Tim. 4.
Grato ad fruendum pectore.
Omnis creatura est bona, & digna accipi
Deo *peractis gratijs.* Ib.
Nam sanctificatur in Dei *verbo, & prece*
Pio profectâ pectore.

MONO

MONODIA Prandij aut Cœnæ: Met: Anacreontei.

O Bože milostiwý / Otče náš/ &c.

PLastes Iehova clemẽs, Paterq́ noster, ingẽs
Vis quàm tui favoris In nos sit, inde pandis,
Ex gratia perenni, Quòd Filium dedisti
Nobis tuum, benignè Munusq́ liberale.
Vt victima ipse cunctis Esset piacularis,
Nostram maledictionem Tollens benedictione:
In qua tibi sacratis Communibusq́ mensis,
Potus cibiq́ Christo Nos consecra sacrato.
His da frui subinde, Gratanter atq́ dignè,
Vt te, tuumq́ nomen Passim colamus, Amen.

Gratiarumactio. Met: eiusdem.

Budiž slawnĕ pochwálen/Pán/ &c.

NOster Deus canatur In Trinitate simplex
Qui nos fovens tuetur, Servosq́ roborat
Inpinguat arva mirè, Cœli refecta rore, (Rex.
Et ditat optimarum Fœcunditate frugum.
Sit laus tibi, Sophia, Immensa, tum superna
Pro liberalitate Pastus dati subindè.
Mensis fac haud abuti Vt Manu tûa refecti
Possimus accubare Thoris tuis in Axe.

CATECHESIS BIBLICAE,

TABVLA REGIMINIS TRIVM MVNDI HIERARCHIArum.

MINISTER VERBI.

1. Tim: 3. & 1. Tit: 1.

OPortet esse Episcopum inculpabilem,
Vnius uxoris maritum, qui vigil,
Qui sobrius, modestus, hospitalis, &
Aptus sit ad docendum & exemplar gregi,
Semper suo instar lampadis, præluceat
Spectabili vitâ, bonisq; moribus:
Non vinolentum, non avarum, non feræ
Percussioni, litibusvé deditum:
AEquabilem sed, & cavent em iurgia,
Pugnasq; turpi cum lucro pecuniæ,
Et qui suis præsit probè domesticis,
In disciplinâ rettinendo liberos
Cum cæteris curam domûs gerentibus:
Novitium neq; at tenacem cœlici
Sermonis, eius & potentem hortaminis:
Qui dogmatis arguat sacri falsarios,
Et arceat à sacris lupos ovilibus.

In eundem Hypotheses.

PErgas: Ego in tuo ore Ero, teq; instruam
Quæ proloquenda sint tibi. Exo. 4.

Non

Nos quid sumus? non vestrum id in nos murmur est,
Sed in Dominum *& Regem omnium.* 16.
Iussu Domini *sunt mota castris agmina,*
Locisq; fixa commodis. Num. 9.
Addetis ut nihil Meum ad verbum, nihil Deut. 4.
Sic auferetis ex eo.
Quod mando tibi Tuus Iova, *id fac, huicq; nil*
Vel addito vel demito. 12.
Parvis, virisq;, fœminisq;, & advenis, 31.
Hæc verba Legis perlege.
Legis volumen haud recedat à tuo Ios. 1.
Ore, excidatvé pectore.
In Lege Dei *versaberis nocte ac die* Psal. 1.
Meditaberisq; iugiter.
Sic Iustitiæ Togam Sacerdates Tui 132.
Sumant, ut inde Sancti ovent.
Qui reprobos coarguunt, hoc laus manet,
Et insequetur faustitas. Prou. 24.
Prophetia cùm defecerit, gens effera, 29.
Tunc dissipata corruit.
Pacis beatæ nuntij, sive Angeli Esa. 23.
Flebunt amarâ sub cruce.
Quàm sunt pedes pulchri iuga inscendentium,
Pacemq; prædicantium.
Et nuntiantium bona, & docentium
Partam salutem Messiâ?

Votem tuam exalta tubæ instar, & Meæ Esa. 58.
Plebi scelus omne nuncia.
Ne exhorreas vultus minaces hostium: Ier. 1.
Tecum Ipse *sum, teq; eruam.*
Iuxta Meum cor Ipse *pastores dabo* 3.
Vobis, bidentes ô Meæ,
Pascentq; vos scientiâ tum dogmate
Verbi sacrosanctissimi.
Si separaveris malum à bono, os Meum 15.
Eris: & populi Doctor mei.
Si nuntiâris impio malè acta, tunc Ezech. 3.
Pœnis animam solves tuam.
Mundum inter, immundumq; quid discriminis
Siet, populum instruam Meum. 44.
Hæreditas, possessioq; maxima Ib.
Ego *Levitis Sum* Iova.
Erit populus Meus, Sacerdos quomodo:
Vtriq; servient Mihi. Hos. 4.
Dolavi Ego *vates & occidi* Mei 6.
In ore & ense Spiritûs.
Tu præco, prædicationem prædica Ion. 3.
Hanc, quam tibi Ipse suggeram.
En percutiam pastorem, & omnis grex vagus
Vagando dissipabitur. Zach. 13.
Labella sacerdotis scientiam Dei Malach. 2.
Tenaciter custodiant.

Ex ore

Ex ore Sacerdotis requiretur sacra Ib.
Lex, cuius ille est nuntius.
Piscari homines vos, Ipse piscator, dabo Matt. 4.
Evangelici massâ cibi.
Messu Dominum *rogate, messores uti* 9.
Plures in illam mittet.
Vos Ipse mitto, tanquam oves mitissimas, 10.
Inter lupos saevissimos.
Estote prudentes ad instar aspidis, Ib.
Et simplicis columbulæ.
Qui suscipit vos, suscipit me pectoris Ib.
Domo fidelis hospitâ.
En Oeconomus profert vetustaq; & nova, 12.
Quæ condidit gaza in suâ.
Vates inhonoratus suæ est in Patriâ, 13.
Suosq; apud domesticos.
Docete pios servare, vobis quæ dedi, 28.
Mandata Nostri dogmatis.
Vel pulvere, Me, excusso pedi vestro, geram
Tyrannidi in testem gravi. Lucæ 9.
Nemo manum admovens aratro, & intuens Ib.
Terga, aptus est regno Dei.
Non convenit Prophetam obire, IERSalem 13.
Extra sacratæ mœnia.
Si sermo eis Mei oris observatus est, Ioan. 15.
Vestri quoq; observabitur.

Mei, Petre, amator nominis, peculi item, 21.
Pasce & repasce oves Meas.
Relinquere nos verbum Dei non convenit,
Mensaq; ministros effici. Actt. 6.
Est Paulus electum Mihi vas, ut Meum 9.
In Gentibus nomen ferat.
Attendite vobis & gregi, in quo Spiritus 20.
Vos sanctus Episcopos locat:
Ecclesiam Christi ut regatis, quam suo
Sibi cruore acquisyt.
Veræ fidei consentiens prophetia, Rom 12.
Sit ipsius proportio.
Nil audeo diversi ab hoc loqui, efficax 15.
Quàm Christus in me, quod facit.
Si Spirituale seminavimus bonum, 1. Cor. 9.
Magnum est, metimus si carneum?
Qui serviunt sacrario, hinc edant quoq;
Fructum labori debitum. Ib.
Dominus subordinavit his, qui prædicant
Evangelium, hinc ut victitent. Ib.
Duo Prophetæ aut tres loquantur: cæteri 14.
Audita sibi dijudicent.
Coram Deo, ex Deo loqui, Christo in duce
Et auspice nos contendimus. 2. Corr 2.
Legatione Christianâ fungimur, 5.
Obire iussa strenui.

Mortalibus

Mortalibus placere vellem si omnibus, Gall. 4.
Christi *ministèr haud forem.*
Ministerium complens datum divinitùs Coll. 4.
Gratum tibi & ratum tene.
In gratiam mortalium famur nihil: 2. Thess. 12
Dei *at probantis pectora.*
Exemplar in verbo Dei, *præluceas* 1. Tim. 4.
Toti fidelium gregi:
In veritate & charitate mutuâ,
In sanctimoniâ & Fide.
Intende semper lectioni & dogmati, Ib.
Mentiúq; piæ solamini,
Sunt duplici honore præsides dignissimi, 5.
Qui Christon *edocent* Deum.
In publico peccantibus non parcito, Ib.
Sed arguito ipsos publicè.
Si quis domui præesse nesciet suæ, 2. Tim. 3.
Dei *præerit quî Ecclesiæ?*
Te operarium Deo *ratum & gratum exhibe,*
Confusioniq; insciam, 2.
Verbumq; veritatis & vocis Dei
Rectis secantem partibus.
Oportet Episcopum esse nil culpabilem, Tit. 1.
Tanquam Oeconomum Dei *patris.*
Potens ad exhortandum Episcopus siet, Ib.
Verbo Dei *ut hostes arguat.*

Exemplar esto tu bonis in actibus 2.
In dogmateq; integro gravis.
Non litigiosi, sed modesti, mititer 3.
Homines in omnes, vivite.
Satisfacere omnibus parati, reddite 1.Pet.3.
Vestræ fidei & spei modum.
Si quis loquitur, loquatur ut verbum Dei 4.
Infallibili certum fide.
Ne dogmate perverso & peregrino indies
Circumferamini, precor. Hebr.13.

AVDITORES.

DEus *ordinavit victum amictu nuntijs*
Evangelij partæ salutis fontibus. 1.Cor.9.
Communicet Doctori in omnibus bonis,
Quisquis Dei *verbum docetur patrij.* Gal.6.
Qui Presbyterorum, ritè præsunt, duplici
Honore digni sunt, merenturq; excoli:
Præsertim ij quotquot laborant seduli
Verbo in Deiq; *& Christianis ritibus.*
Scriptura enim ait: bovi os aranti ne liges,
Eiusvé demensum malignè deneges.
Et: dignus est mercede quilibet suâ
Operarius fidelis ac industrius.
Præstate obedientiam vestris piam Hebrr 13.
Et cedite præfectis, studeteq; obsequi.
Ipsi vigilant enim salutis gratiâ

Vestræ.

Vestræ, rationem reddituri ceu Deo
Vestris pro animabus: ut quod expedit bonum
Vobis, id urgeant & transigant, opus.

In eadem Hypotheses.

CORam Domino *donis sine, haud cõsistito,*
Quæ Mysta sacrans, illi ĩmolet. Deut. *16.*
Dei *Prophetis credite, ut vobis cadant*
Cuncta, eveniantq; prospera. 2 Paral. *20.*
Coram Angelo, ne providentiam nega, Eccles. *5.*
Iratus ob quod te Deus,
Tuosq; sermones & actus dissipet,
Vt dispereas miserrimè.
Porta in forensi criminantem perfidos, Esa *29.*
Et arguentem exterminant.
Facies Sacerdotum erubescere impotes, *30.*
Sunt omnibus contemtui.
Panem Dominus *dabit tibi arctũ, aquã brevẽ:*
Tuum docentem ne exigas. Thren *3.*
Hæc quisquis audit, & quiescit, amplius
Quiescet ac exaudiet. Ezech. *3.*
De reliquijs quod pascuorum erat super, *34.*
Id contudistis calcibus.
Quæ primitiva sunt, Sacerdotis, volo, *44.*
Sint illa parti tradita:
Tuis benedictione quò domesticis
A Me reseratur gratia.

Omnem decimam in domum Meam reponite:
Vobis benedictio ut pluat. Mala. 3.
Falsos Prophetas praecavete sedulò, Matt. 7.
Qui veste ovinâ vos petunt.
Tu non homini vano, sed omnium Deo,
Anania, mentitus es. Actt. 5.
Adinstruenti se Dei *verbo, omnia* Gall. 6.
Catechumenus communicet.
Non verbum hominis sed, sicut est verè, Dei
Verbum recepistis piè. 1. Thess. 2.
Vestros regentes diligendo impensiùs 5.
Curate, poscit id Deus.
Probate cuncta: sed tenete quod bonum est, Ib.
Malum removentes quodlibet.
Decenter & bono ordine à vobis, Pij Ephes. 4.
Toto orbe, fiant omnia.
Qui praesbyteri praesunt bene, hi vel duplici
Honore merentur excoli. 1. Tim. 5.
Vestrûm intuentes Praesulum vitae exitum,
Imitemini ipsorum fidem.

MAGISTRATVS. Rom. 13.

Sit omnis altae homo potestati audiens
Vices enim Dei, *ordinata ad hoc, gerit.*
Et constituta caelitùs, terris praest
Loco Dei, *unus qui gubernat singula.*
Hinc qui potestati resistit, is Iovae

Resistit ordinationi & regulæ.
Huic ergo repugnantes, sibi ipsis pergrave
Hi iudicium accersunt rebellionibus.
Non est enim frustra Magistratus sacer,
Frustra nec ensem gestat à Deo *datum,*
Quo servit ipsi ad ultionem debitam,
Cœtûs reproborum item proborum præmio,
Necnon piorum assertione commoda
Tabulæ Vtriusq; Legis, atq; Decalogi.

SVBDITI.

Quæ sunt Dei, *reddenda soli sunt* Deo:
Quæ Cæsaris, reddantur illa Cæsari.
Altæ potestati sit omnis subditus
Requirit idipsum summus omnium Deus.
Estq; id necessum propter iram non modò
Dei *cauendam (hæc flammæ quæq; est devorans)*
Bonam ad at retinendam cuiq; conscientiam.
Hinc contributio fit altis regibus,
Quòd sint ministri, quòd vices gerant Dei,
Cœu scuta terræ, subditorum in gloriam.
Ergo omne vectigal libenter pendite
Non absq; pij metûs, honore debito.
Adhortor, obsecratio preci addita, 1. Tim 2.
Vt fiat, & laus, gratiarumq; actio,
Pro singulis mortalium, pro Principe,
Cunctis & in sublime subvectis gradu:

Tranquilli-

Tranquillitatis ut quiete singuli
Degamus & exigamus ævum commodè
In Christianæ sanctimoniâ rei
Piâq; vita semper inculpabiles.
Omni potestati, in Creatoris loco, 1.Pet.3.
Estote cuncti subditi fideliter, Tit.3.
Propter Dominum, *Rex seû sit altus, sive dux:*
Quòd sint dati, ut terris Dei *præsint loco.*

In utrosq; Hypotheses.

VIros sapientes ex Dei *metu, elige,* Exo:
Qui verũ ament: falsum sed oderint. 18.
In iudicio, complurium sententiâ 23.
Non acquiesce, devians
A veritate, habens respectum pauperis
Aut divitis præsentiæ.
In lite forensi divitem, ut nec pauperem Leu.19.
Iudex malus, non respice.
Nolite iniquè iudicata persequi Ib.
In pondere, mensurâ, ordine.
Ad testimonium unius, nemo omnium Num.33.
Damnetur iniquo Iudice.
Cœcant Sapientũm lumina illis tradita Deut.1.
A divitiore munera.
Vos iudices, magnum audietis sic, uti 16.
Parvum, respectu omni sine:
Est iudicium Dei, *quod exercebitis*
In ipsius præsentiâ.

Tui è medio quodvis malum statim auferet, 19.
Vt expaveſcant cæteri.
Non iudicium exercetis humanum, at Dei:
In vos recidet damnatio. Paral. 19.
Timor Domini *in vobis pius ſit: æquiter*
Ac ſedulò agatis omnia. Ib.
Immutat Ias *Principum cor, in ſuâ* Iob 12.
Quod ipſe verſat dexterâ.
Hypocritam regnare permittit Deus 34.
Delicta propter plebium.
Attollite portas, Principes, veſtras: meet
His ac remeet Rex gloriæ. Pſal. 24.
Servatur haud Rex proprijs in viribus: 33.
Sed maximi curâ Dei.
Terræ à clypeis, gentiſq; protectoribus 47.
Valdè elevatus eſt Deus.
Vos Di eſtis, Ipſe *dixi: vos meas vices* 82.
In orbe ſubitis terreo.
Tu *das ſalutem Regibus, regnis quoq;,* 144.
Fidelibusq; ſubditis:
Subdis populum mihi meum, atq; ſufficis
Per ſubditorum copiam.
Rex iudicij in Throno ſedens, vel unico Prou.
Malum intuitu omne diſſipat. 20.
Cor Regis eſt Dei *in manu, quâ verſat id* 21.
Flectitq; ſupremus Arbiter.

Peccata

Peccata propter incolarum terræ, ei 27.
Plures habentur Principes.
Dum principatus impij sument sibi, 29.
Populus iugo oppressus, gemet.
Rex iudicans in veritate pauperes, Ib.
Firmabitur æternùm Throno.
O Iudices telluris, æquum discite, Sap. 1.
Amateq́, omni tempore.
Lumen Sapientiæ, universi præsides 6.
Præferte vestris subditis.
Dabo pueros in principes genti reæ: Esa. 3.
Effœminati huic imperent.
Princeps benè cogitabit digna Principe: 32.
Dextrè sua obibit munia.
Reges erunt Ecclesiæ nutricij, 49.
Reginæ erunt nutriciæ,
Absinthij immutas amaritudine Amos 5.
Sacri tribunalis loca.
Væ terra tibi est, cuî Rex, itemq́, Principes
De mane potantes, edunt. Eccles. 10.
Tellus beata cuius alti principes Ib.
Vescuntur apto tempore,
Regi maledicta deferent aves tuæ, Ib.
Vocesq́, prodent futiles.
Regi tuo Sophus videri præcave. Syr. 8.
Stultus reputeris ne abs eo.

Deus

Deus *Magistrum suscitabit utilem* 10.
Ecclesiæ conventibus.
Quæ sunt Dei, *dentur* Deo: *quæ Cæsaris*
* *Sunt, illa danda Cæsari.* Matt. 22.
Iuxta faciem ne iudicetis, Iudices, Ioan. 7.
Sed æquitate debitâ.
Non est potestas ullius nisi à Deo Rom. 13.
Rerum parente, & arbitro.
Quisquis potestati resistit impiè, Ib.
Dei *resistit ordini.*
Regi este subditi ob Dei *iram non modò,*
Bonam at quoq; conscientiam.

Mariti & Vxores. 1. Pet. 3.

Vivant piè suis viri cum uxoribus,
Concordiam per mutuam & scientiam,
Velut muliebri vasi honorem debitum
Impertientes, gratiæ tanquam Dei
Vitæq; cohæredi perennis: haud preces
Interpolentur his gravi discordiâ.
Vestras viri uxores amate seriò,
Ne situ amarulenti in illas perperàm.
Vestris itidem uxores viris sic subditæ
Sitis, Dominis tanquam, piæ exemplo Saræ.
Hæc paruit lubens Hero suo Abrahæ:
Este illius bonos per actus, filiæ,
Cladis pavore nullius tremiscite

Ob con-

Ob conscientiam piacli territam.

Hypotheses.

DEsiderium tui Ipse *tollo luminis,* Ezech.
Castam & latere ornatam tuo. 22.
Vxor tua ecce vitis instar fertilis, Psal. 128.
Domûs tuæ implet angulos.
Bonam mulierem habens, bonum ingens possidet
Hauritq́ voluptatem Dei. Prou. 18.
Cordata, prudensq́ uxor est donum Dei, 19.
Ab eoq́ propriè datur.
Vxore suâ fidit maritus: hac fruens 39.
Amabili cêu corculo.
Est gratia fallax, forma vana est fœmine:
Timens Dei *hæc, laudabitur.* Syrac. 4.
Noli domo in tuâ Leo esse rugiens, Ib.
Et cuncta terens, & dissipans.
Piè verecunda, & bona ac industria, 7.
Excellit aurum gratia.
Amate vestras puro amore coniuges: Coll. 3.
Amor hic amaror ne fiet.
Ornato habitu, & gestu verecundo pudens
Matrona se exornet Deo. 1. Tim 2.
Præstet mulier silentium rebus: suo Ib.
Subiecta semper coniugi. Aliter.
Viro mulier regina non sit proprio,
Nec ius in eum usurpet sibi.

Generatione

Generatione liberûm salvabitur, Ib.
Amans eorundem parens.
Infirmiori vasi honorem impendite, 1.Pet.3.
Tanquam cohæredi, ô viri,
Vitalis ævi, gratiæq; & gloriæ
Perennitatis cœlitum.
Duo unum habitent, Dei iuxta scientiam, Ib.
Scientiæq; regulam.

Ode Sapph: è Phalæcis secundò impressis Fol 226. fa: 2. sub finem, substituenda illis.

SVmme rex cœliq; sali, soliq;,
Omnis es tu fons pietatis & pons,
Da tuæ nobis soboli, precamur,
Dona salutis:
Da pios Evangelij ministros,
Et duces Clero, domui, Foroq;
Cum Scholis, diâ Benedictione
Exhilarandos,
Vna quæ cunctos locupletat, una
Servat exactè, fovet, ac serenat:
Da piæ cuivis hominum cohorti
Prosperitatem:
Da tui flatûs & amoris arrham
Dissitis toto orbeq; Christianis,
Agnitum quo te sibi & invocatum
Ritè celebrent:

Vnicum

Vnicum Mundi triplicis Iehovam,
Quem vé misisti, pietate larga
Motus in nostrum genus, hinc ab alto
Christon Iësum,
Messiam in quem nos fidei professæ
Credimus ductu, Spei, ad hæc Amoris
Fata post sancta hæc, redivivi in illo,
Astra feramus:
Qui cluit tecum, deitate eâdem
Flaminis sancti, cluet ac per ævum
Omne persona triplici, Esse eodem
Trinus & unus.

ERRATA minus tolerabilia. F. folium, fa: faciem, v. versum, 1. primum, 2. secundum, d. depone, ad. adde notant.

F.2. fa:1 v.20. ritu. lb.22. oni, & 25. Dei. su: & fa:2. v.1. Suo. lb.19. eius, heu. pa: F.9. fa:2 v.6. quibus pos: F.10 fa.1 v.8. est dep. fa:2 v.22. Idem hic con: quã: F.23. fa:1. V. cl. risq; sub eo docen: F.31. fa:1. v.1. nime: F.34. fa:1. v.7. tium do: F.38. fa:1. v.16. aviâ. lb fa:2 v.23. Non premit, ut perdat. F.39 fa:1. v.2. Spei potenter exp: ltẽ 4. gratia locuplete. fa.2. v.25 ẽsimo F.40. fa.1 v. ult: tã no: fa:2 ꝑpperè ad quãq; F.46. fa:2. v.3. sit Ias. *lb.21. sũ, dic. F.47. fa.1 v.11. aſt hyp: F.54. fa:2. v.13. ex dep. F.93. fa:1. v 28.* Me

vind: F. 96. fa. 1 v. 6. voces fa: 2 v. 7. bit fidele. F. 104. fa: 1. v. 13 ſto ips fa: 2. v. 21 taviſti. F. 127 fa: v. 1. clū. F. 133. fa: 2. v. 1 Tibi ad contr: F. 139. fa: 1. v. 19. Noctu. fa: 2. v. 2 plumem aquila. F. 145. v. 6. virtb. F. 147 fa: 2. v. 1. hoſtes d. F. 153 fa: 2. v. 13. lux ext: F. 158. fa. 2. v. 25. clien. F. 159. fa: 2 v. 3. gone vel. F 160. fa: 2. v. 25. Nos d. F. 165 fa: 2. v. 13. mel, por: lop: F. 166. fa: 2 v. 1. natorem invo: F. 168. fa: 2. v. 13. mea tor: F. 172. fa 2 v. 21. petiti: F. 177 fa: 1. v. 17. has Tu. F. 183. fa: 2 v. 23. perid. F. 189. v. 9 Hu additur ſeptē F. 119 fa: 2. v. 3 degis in tuba rā. fa: 2 v. 8 tui fa: Ib. v 8. ad: In ſupernas ſedes ſive ductu. Ib v. 25. Mort: F. 195. fa: 1 v. 3. accū: Ib. v. ult: ex ap: F. 195. fa: 2. v. 2. & hauri: Ib. diem S. Viti An: F. 196. fa. 2. v. 1. Qui nempe cre: F. 206. fa: 2. v. 18. one gratā ſoli. F. 213. fa: 2. v. ſci dat poc: verſus 4. ad: ſic:

Idq; proprio reducti Pectore ab haſta.

F. 215. fa: 1. v. 13. hīc qualis. fa: 2. v. 2 magis requirit. F. 217. fa: 2. v. 6 leni F. 210. rū ut F. 220. fa: 1. v. 25. vit almus Ias. F. 137. fa: 2. v 8. Ad ſcelus. F. 255: fa: 1 v. 4. atram. F 255. fa: 2. v 13. egit tam lang: Ib. tit. 8. ſtrophis canatur. F. 258. fa: 2. v 1. as nus. F. 259. fa: 1. v. 8. tūa. Ib. fa. 2. v 21. ovet extri: F. 263. fa: 1. v. 11 inqt. F. 264. fa: 1. v. 20. Hoſte. F. 266. q; d. fa: 2. v. 13. ni d. F. 270. fa: 1. v. 16. Tu ref: F 277. ad. ex 1. Ioā: F. 272. fa: 2. v. 6. ſtumq;. F. 275. Sopho, nec non Sacr:

PROSOP: Farraginis II.

SIt laus Deo ter unico, ter optimo,
Quòd prodeam (finita tandem) in publicum
Sacræ Altera Farrago Metrorum paginæ,
Opusvé Biblici Catechismi sacrum
Dulci melo utiliq; , cèu reor, Pijs
Cleri, Scholæ, Fori rectoribus,
Divinæ in Auræ gratiâ tum Musicæ:
Quicunq; Lector, sive Cantor sit meus
In posterum, ni mens reatûs conscia
Sibi antè vapulet flagra hinc non sentiet.
Homines utinam noscant gemendo ex se suam
Constare ruinam: sed salutem IA ex patre.
Huic vota laudis corde & ore personet
Omni loco, hora, sorte, Christianitas,
Exemplaq; sumat Bibliorum è fontibus;
Quæ proferet metris ligata commodis
SOROR, secutura indidem me, Tertia,
Si prorogârit vitam IAS Miti Thomæ,
Nostro patri, utq; proroget, diu addo Amen.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154151122-216832403-14/fragment/page=0616



ALVENSLEBEN
U
240

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-216832403-14/fragment/page=0619



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-216832403-14/fragment/page=0620



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-216832403-14/fragment/page=0621



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-216832403-14/fragment/page=0622

THOMAE MITIS LYMVSAEI

CATECHESIS BIBLICAE LIBRI VII. ET TOTIDEM APPENDICES MONODIARVM Bohemicolatinarum.

II. FARRAGO SACRR: METRORVM.

Vnà cum Præfatione Magnifici Rectoris Academiæ Pragensis, M. PETRI CODICILLI à Tulechouua, &c.

Cum tabella in genera Metrorum, quæ hoc opere continentur.

Ad Lectorem, aut Cantorem Auctor.

VLteriora mea dum con[illegible]

